Semina.	Bombacis
	Hordeum
	Hyoſcyami
	Melopeponum
	Papaveris
	Pſillii
	Violarum.
Ligna.	Santala.
Succi.	Acacia
	Amygdal.dul.
	Amylum.
Gummi.	Arabicum
	Tragacanthum.
Excrem.	Lac vaccinum.

CAPUT VIII.

Purgantia Pectus.

Radices.	Agaricum
	Altheæ
	Apii
	Aſparagi
	Cepæ coctæ
	Enulæ

Fœniculi
Garyophyllatæ
Graminis
Iridis
Liqviritiæ.

Folia. Adianthum
Althea
Apium
Aſparagus
Braſsica
Calamenthum
Capillus veneris
Gramen
Hyſſopum
Origanum
Polium
Porrum coctum
Praſsium
Pulegium
Pulmonaria
Salvia
Scabioſa
Sena
Serpillum.

Flores. Anthos
Cichorii
Ireos
Scabioſæ
Violarum.

Fructus. Amygd. dulcia
Amygd. amara
Baccæ juniperi

Baccæ

Baccæ Lauri
Cappares
Caricæ
Cubebæ
Dactyli dulces
Ficus
Jujubæ
Passulæ
Pineæ
Pistacia
Sebesten.

Semina. Altheæ
Ameos
Amomi
Anisi
Apii
Brassicæ
Carvi
Cumini
Fœnugræci
Lini.

Resina. Terebinthina,

Pectoralia redigũtur, vel ad formã Syrupi, Electuarii, Conditi, Eclegmatis, vel Pilularum, & exhibentur.

CAPUT IX.

Καρδίακα.

Cordiacæ facultates precipuè sunt, noxia omnia malignaqve depellere, & Cordi robur conferre. Malignitatẽ Cordis qvæ depellunt: alia sunt calida, alia frigida.

Cordialia Calida.

Metalla.	Aurum.
Radices.	Angelica
	Behen album
	Behen rubrum
	Biſtorta
	Buglosſæ
	Dictamnum album
	Doronicum
	Helenium
	Spica Nardi
	Tormentilla
	Zedoaria.
Folia.	Agrimonia
	Betonica
	Borrago
	Buglosſa
	Carduus benedictus
	Citri
	Majorana
	Malabathrum
	Meliſſa
	Mentha
	Ocymum
	Pulegium
	Roſmarinus
	Satureja
	Scabioſa.
Flores.	Anthos
	Borraginis
	Buglosſæ

	Crocum
	Lavandulæ
	Melissæ.
Fructus.	Cubebæ
	Garyophylli
	Mâla citria
	Nux Indica
	Nux moſchata.
Semina.	Amomum
	Coriandrum
	Ocymi.
Ligna.	Xyloaloes.
Cortices.	Cinnamomum
	Citri
	Macis.
Pars anim.	Ambra
	Moſchus.

CAPUT X.

Cordialia frigida.

Terræ.	Bolus Armena
	Sigillum Lemnium.
Metalla.	Argentum.
Gemmæ.	Chryſolithus
	Hyacinthus
	Sapphyrus
	Smaragdus.
Marina.	Corallus
	Margaritæ

	Succinum.
Folia.	Acetoſa
	Borrago
	Nenuphar.
Flores.	Nenupharis
	Roſarum
	Violarum.
Fructus.	Cotonea mâla
	Limonia mâla
	Myrobalani
	Pyra.
Semina.	Acetoſæ
	Citri
Ligna.	Santala { album, citrinum, rubrum.
Succi.	Mâli Arancii
	Mâli Citrei
	Mâli Cotonei
	Mâli Punici.
Liqvores.	Acetum.
Gummi.	Caphura.
Part. anim.	Os de corde Cervi
	Raſura Eboris
	Vnicornu.

Conficiuntur ex his Syrupi, Electuaria, Conſervæ, Condîta, Pulveres, Paſta regia, Deſtillata, Epithemata, Sacculi, Suffitus, Globuli odorati, &c.

GA-

CAPUT XI.

Stomachica, sive Gastrica.

Medicamenta, qvæ Ventriculo conveniunt, vel excitant appetentiam, vel concoctionem debilem juvant, vel retentricem confortant. Appetentiam excitant acida ferè & grato condita sapore: nonnũqvam etiam Orestica, qvibus bilis, vel alii putridi humores expurgantur, qvæ scil. acida qvadam vi gulam & stomachum cõtrahunt, gratoq; sapore delectant. Concoctionẽ juvãt, qvæ, vel calore conveniẽti, vel aromatica facultate Ventriculi calorem fovent; vel occulta proprietate ventriculũ roborant. Retentrix vitiata nauseam parit, vomitũ & alvi profluvia. Corrigitur adstringẽtib. nõ omnib. sed iis, qvib. aliqva vis inest, qvâ Ventriculo sunt accepta.

Stomachica calida.

Marina. Succinum.

Radices. Calamus aromaticus
Fœniculi
Galanga
Garyophyllata
Imperatoria
Raphanus
Spica Indica
Zingiber.

Folia. Absinthium
Betonica
Cattaria
Fœniculum
Majorana

Men-

	Mentha
	Mentha græca
	Salvia
	Serpillum
	Tanacetum.
Flores.	Anthos
	Crocum
	Schœnanthi
Fructus.	Amygdala dulcia
	Caryophylli
	Cubebæ
	Myrobalani
	Nux moſchata
	Nuces pineæ
	Piper.
Semina.	Ameos
	Aniſi
	Cumini
	Grana Paradyſi
	Liguſtici
	Smyrnii.
Ligna.	Xyloaloes.
Cortices.	Caſsia lignea
	Cinnamomum
	Macis.
Gummi.	Maſtix.
Part. anim.	Ambarum
	Caſtoreum.

CAPUT XII.

Stomachica frigida.

Radices.	Sonchi.
Folia,	Lactuca
	Myrtus
	Polygonum
	Portulaca
	Prunella
	Qvercus
	Sempervivum
	Solatrum
	Sonchus
	Trifoliũ acetoſum
	Vitis viniferæ.
Flores.	Balauſtia
	Conſolidę regalis
	Labruſcæ
	Roſarum
	Violarum.
Fructus.	Berberis
	Ceraſa
	Citrulli
	Cotonea
	Cornus
	Cucumeris
	Cucurbita
	Fraga
	Granata
	Limones

Mâli

Mâla odor.
Mâla arantia
Melones
Meſpila
Olivæ recentes
Pira
Rhus obſon.
Ribes
Sorba
Vva criſpa.

Semina. Coriandrum præparatum.

Succi. Acacia
Acetoſæ
Glycyrrhizæ
Hypociſthis
Lycium
Vmbilici veneris.

Formantur ex his Syrupi, Electuaria, Trochiſci, Condita, Conſervę, Vina, juſcula, Aqvæ ſtillaticiæ, Fomēta, Cerata, Vngventa, Pulveres, Sacculi, &c.

CAPUT XIII.

Hepatica.

Cùm jecur naturaliter ita conſtitutum ſit, ut præ cæteris viſceribus obſtructionibus facilè corripiatur; ideò medicamenta, qvæ vel prohibent obſtructiones, vel iiſdem factis medentur, Hepati cenſentur eſſe peculiaria. Sunt autem ea, qvæ ſine vehementi calore incîdunt & extenuant: qvibus tamen & adſtrictio levis, & aliqva facultas

cultas insit abstergendi. Obstructiones seqvitur inflammatio, qvæ refrigerantia poscit; non qvæcunq;, sed Hepatica, qvæ simul abstergant, & extenuent.

Hepatica calida.

Radices. Acorus
Apii
Asparagi
Calamus arom.
Curcuma
Cyperi
Ebuli
Elenii
Fœniculi
Imperatoria
Petroselini
Peucedanum
Rhabarbarum
Rhaponticum
Rusci
Spica nardi
Sqvilla
Zingiber.

Folia. Absinthiũ præcip. ponticum
Agrimonia
Asarum
Asparagus
Beta
Chamædrys
Chamæpitys
Cuscuta
Fœniculum
Fumus terræ

	Hyssopus
	Malabathrum
	Mentha
	Mentha græca
	Origanum
	Prasium
	Pini
	Sambucus.
Flores.	Betonicæ
	Centaurii min.
	Chamomillæ
	Junci odorati
	Sambuci
	Spicæ s. Lavendulæ.
Semina.	Ameos
	Amomnm
	Anisi
	Apii
	Asparagi
	Cardamomum
	Carei
	Cuminum
	Dauci
	Fœniculi.
Fructus.	Amygd. amara
	Amygd. dulcia
	Baccæ juniperi
	Nux myristica
	Piper omne
	Pistacia
	Vvæ passæ.
Cortices.	Cinnamomum.
Succus.	Eupatorii vulg.

CA-

CAPUT XIIII.

Hepatica frigida.

Radices.	Cichorii.
Folia.	Adianthum omne
	Chondrilla
	Cichorium
	Hepatica
	Hieracium
	Intybum omne
	Lactuca
	Lichen
	Nenuphar
	Oxalis
	Plantago
	Portulaca
	Scariola
	Solatrum.
Flores.	Cichorii
	Nenupharis
	Rosarum
	Violarum.
Fructus.	Berberis
	Cucumeres
	Cucurbita
	Ribes.
Semina.	Cichorii
	Citrulli
	Cucumeris
	Cucurbitæ

	Intybi
	Lactucæ
	Melonum
	Portulacæ
	Scariolæ.
Ligna.	Santalum omne.
Gummi.	Caphura.
Part.anim.	Ebur
	Spodium.

Ex his fiunt & parãtur Syrupi, Electuaria, Trochisci, Condita, Fotus, Epithemata, Pulveres, Illitus, Vngvẽta, &c.

CAPuT XV.

Splenica.

Apta Lieni medicamẽta sunt ea, qvæ svavitate qvadam terrenum illius humorem, vel emolliunt, vel qvodammodo colliqvant, detergunt & attenuant, sine adstrictione conspicuâ, ut deinde obstructione soluta facilius incidat in alvum. Horũ qvædam moderatè frigida sunt & humida, exuperanti bili retorridæ cõvenientia: plurima verò moderatè calida sunt & tenuium partiũ, ut crassam fæculentámqve melancholiam attenuent atqve dissipent.

Splenica calida.

Radices.	Acori
	Apii
	Aristolochiæ rot.

Aspara-

Aſparagi
Capparorum
Cyclaminus
Fœniculi
Fraxini
Gentianæ
Petroſelini
Raphanus
Rubia tinctorum
Scilla.

Folia. Abſinthium
Ariſtolochia
Aſarum
Beta
Calamentum
Centaurium minus
Chamædrys
Chamæpitys
Cuſcuta
Epithymum
Eupatorium
Lapathum
Lupus ſalictarius
Naſturtium
Ruta
Scordium
Struthium
Thymus
Vrtica.

Flores. Betonicæ
Geniſtæ
Leucoji

	Viticis.
Fructus.	Amygdala amara
	Cappares.
Semina.	Anisi
	Carei
	Nasturtii
	Rubiæ
	Sinapis.
Cortices.	Capparum
	Medii { Fraxini / Sambuci }
	Rad. Gemistæ
Pars anim.	Tamaricis.
	Castoreum.

CAPUT XVI.

Splenica frigida.

Radices.	Cichorii
	Iris Illirica.
Folia.	Ceterach
	Cichorium
	Endivia
	Lactuca
	Scolopendria siv. Phyllitis.
Flores.	Buglossæ utriusq;
	Cichorii
	Nenupharis
	Violę.

Ci-

Semina. Citrulli
Cucumeris
Cucurbitæ
Lactucę
Melonum
Portulacæ
Scariolæ.
Ligna. Santala omnia.
Succus. Mâlorum fragrantium.
Liqvor. Acetum.

Aptantur in formam Syrupi, Electuarii, Trochiſcorum, Apozemata, Condita, Fotus, Illitus, Olea, Emplaſtra: & aliæ formæ cõplures pro rei neceſsitate conſtitui poſſunt.

CAPUT XVII.

Nephretica & Cyſtica calida.

Ex ipſa Renũ & Veſicæ natura morbisq; peculiarib. propriè Nephretica & Cyſtica videntur eſſe nominanda ea, qvæ leniunt & citra calidum calorem incidunt & extenuant. Lapides frangentia & comminuentia præter eam qvâ pollent, incidendi facultatem (cujus reſpectu ſub Diureticis comprehendi poſſunt, de qvibus ſuprà) propria qvadam vi prædita ſunt, ut lapides adeò duros comminuant. Diſcrimen hoc in iis obſervãdum, ut cùm Veſica ſit à corporis centro, qvàm Renes remotior, ei qvoq; validiora præſcribantur medicamenta, ne vires, anteqvã ad locũ affectũ perveniant, evaneſcant.

Nephretica & Cyſtica calida.

Lapis. Judaicus.

Marina. Spongiæ ſap.

Radices. Apii
Anonis
Aſparagi
Cyperus
Dauci
Eryngii
Filipendulæ
Fœniculi
Fragrariæ
Liguſtici
Peoniæ
Pentaphylli
Perſonatæ
Petroſelini
Pimpinellæ
Raphanus
Ruſci
Spica Celtica
Spica Nardi.

Folia. Abrotanum
Aſarum
Auricula muris
Betonica
Chamæmelum
Cuſcuta
Lauri
Parietaria
Parthenium
Pentaphyllon
Petroſelinum
Polium

Saxifra-

Saxifragia
Staphis agria
Vrtica.
Flores. Betonicę
Junci odorati
Malvæ
Meliloti
Spica.
Fructus. Amygdala amara
Baccæ juniperi
Baccæ Lauri
Caprifolii
Cubebæ
Ficus
Meſpilorum oſsicula
Nuclei Pini
Piſtacia
Vvæ paſſæ
Zizipha.
Semina. Ameos
Amomi
Aniſi
Apii
Cardamomum
Carvi
Cicer
Crithmum
Cuminum
Dauci
Erucæ
Fœniculi
Geniſtæ

Lithoſpermi
Majoranæ
Tribulì
Vrticæ.

Gummi. Amygd. amara
Bdellium
Cerasi
Reſina Abiegna
Reſina Lariegna
Reſina Terebinthina.

CAPUT XVIII.

Nephretica & Ciſtica frigida.

Radices: Glycyrrhizæ
Graminis.

Folia Endiviæ
Helxine
Lactuca
Nenuphar
Plantago utraqve
Portulaca
Sempervivum.

Flores. Nenupharis.

Fructus. Chamæbati Idæi
Halicacabi.

Semina. Cucumeris
Cucurbitæ
Hordeum
Intyborum & Seridum

Lactu-

Lactucæ
Melonum
Portulacæ
Plantaginis
Psyllii
Scariolæ.

Ligna. Santala omnia.
Liqvor. Acetum.

Ex his comparantur Syrupi, Electuaria, Pulveres, Cō dita, Fotus, Insessus, Cataplasmata, Vngventa, Clysteres, &c.

CAPUT IX.
Hysterica.

Qvæ Vtero conferre traduntur; alia immodicū ejus fluorem sistunt; alia suppressum movent: alia humorum colluviem eluunt, expurgantq; Vterum: alia corroborant; qvalia censeri debent, qvę odore svavi, vel aromatico sapore suam ostendunt substantiæ tenuitatem.

Uterum expurgantia.

Radices. Aristolochia utr.
Asari
Cyperi
Dictamni
Gentianæ
Iris Flor.
Rubiæ majoris
Seseleos
Smyrnii seu Ligustici.

Aristolo-

Folia.	Ariſtolochiæ
	Arthemiſia
	Calamintha
	Matricaria
	Meliſſophyllon
	Ocymum
	Origanum
	Polium montanum
	Pulegium
	Praſsium
	Ruta
	Sabina
	Sampſuchus
	Scordium
	Smyrnium.
Semina.	Dauci
	Rubiæ majoris
	Seſeleos
	Smyrnii.
Liqvor.	Opopanax.
Gummi.	Bdellium
	Galbanum
	Myrrha
	Sagapenum
	Storax calamita.
Pars.anim.	Caſtoreum .

CAPuT XX.

Vterum corroborantia.

Eorum,qvæ corroborãdo Vtero deſignantur, alia eũ ipſum

ipſum firmant,conceptumq; continent, alia moderato calore fovent,& manantem illuviem exorbent, amara qvadam tenus & odorata, ut ſimul aperiant & calorem ſuſcitent, odorisq; ſvavitate Vterum oblectent.

Marin.	Corallium
	Succinum.
Radices.	Biſtortæ.
	Calamus odoratus
	Coſtus.
Folia.	Betonicæ.
Flores.	Nympheæ.
Fructus.	Baccæ Lauri
	Baccæ juniperi
	Garyophylli
	Nux Moſchata.
Gummi.	Benzoinum.
	Storax calamita.
Part.anim.	Ambarum
	Moſchum.

Aptantur ad formam Syrupi,Aqvar.diſtill. Trochiſcorum,Oleorum, Vngventorum, Pulveris, Emplaſtri, Peſsi,Electuarii,Conditi,Suffitus,&c.

CAPUT XXI.

Arthritica.

Ex ipſa articulorũ natura, cùm nervacea ſint corpora, facilè colligitur articulis ea cõpetere, qvibus & ſiccandi vis inſit, & calefaciendi, cum levi qvadam adſtrictione, vel peculiari virtute, qvâ robur articulis addere

poſsint;

posſint, qvæ vis Cephalicorum etiam eſt. Qvod ad dolores attinet, is vel demulcetur vel tollitur (difficulter) Eſt autem ſedandi doloris ratio duplex: ſi dolorem ſpectes, Anωdynis; ſi ardorem, Refrigerantibus utendum. His enim ardor temperatus & influxus inhibetur, maximè ſi Repellentium aliqvid immiſceatur.

Arthritica calida.

Metalla.	Rubigo ferri.
	Sal
	Sulphur.
Marina.	Gagates.
Radices.	Acorus
	Cannabis ſat.
	Coſtum
	Helenii
	Hermodactylus
	Pyrethrum
	Raphanus
	Scilla
	Zingiber.
Succi.	Lac ficulneum
	Opopanax
	Oeſypus
	Sapa.
Gummi.	Ammoniacum
	Bdellium
	Euphorbium
	Maſtiche
	Myrrha
	Serapinum
	Styrax
	Thus.

Caſto-

Pars anim. Caſtoreum.
Excremēt. Adeps humanus
Lac humanum
Stercus Caprinum
Stercus Vaccinum.

CAPUT XXII.

Arthritica frigida.

Terræ. Bolus Armenus
Terra ſigillata.
Folia. Cicuta
Gramen
Heliotropium
Hyoſcyamus
Intyba & Serides
Lactuca
Mandragoræ
Myrtus
Nymphea
Plantago
Pſyllium
Salicis folia
Sempervivum utrumque
Solatrum
Vitex.
Flores. Roſarum
Violarum.
Semina. Altheæ
Citrulli

	Cotonei mâli
	Cucumeris
	Cucurbitæ
	Endiviæ
	Lactucæ
	Melonum.
Ligna.	Santalum.
Succi.	Acacia
	Opium.
Liqvor.	Acetum.

SECTIO VII.

DE MEDICAMENTIS SIMPLICIbus concoqventibus & purgantibus.

Sectionis ſeptimæ capita.

Simpli-

CONCOQVENTIA SEV DIGESTIVA.

CAPUT I.

Digestivis utimur, vel ad juvandam coctionem: vel ad præparandos humores vel corpus, ad meliorem & faciliorem eductionem. Sic bilem concoqvunt frigida & humida. Calorem enim extraneum partium minuunt & ad mediocritatem reducunt: unde melior coctio. Item ex accidenti syrupi (de qvibus suo loco) calidiorem materiam vel partium calorem temperantia. Melancholia vel est in venis sine febre, vel sine obstructione: vel est ex sangvine: vel ex adustione alicujus humoris. Idcirco utimur vel humidis, vel tēperatè calidis & leviter aperiētib. in obstructione: vel Cordialibus. Pituita ut varia, sic varia ejus concoqventia: Dulcem concoqvūt leviter incidentia & calida: Acidam, magis incidentia & magis calida; qvibus & Vitrea, augendo calorem & attenuationem: Aqvam tandem, qvia tenuis, non multùm incidentia, sed calida ad concoctionem.

Simplicia digerentia Bilem.

Terræ.	Bolus Armena
	Terra sigillata.
Radices.	Cichorii
	Virgæ Pastoris.
Folia.	Absinthium
	Acetosa

Adianthum
Borrago
Capilli Veneris
Ceterach
Cichorium
Endivia
Fumus terræ
Hepatica
Lactuca
Malva
Mercurialis
Myrtus
Plantago
Portulaca
Salicis folia
Scabiosa
Scolopendria.

Flores. Borraginis
Buglossæ
Nenupharis
Rosæ
Violæ.

Fructus. Berberis
Cassia fistula
Cerasa
Citrangulus
Cucumer
Cucurbita
Jujubæ
Mâla granata
Myrobalani citrini
Pruna

Sebesten

	Sebeſten
	Sumach
	Tamarindi.
Semina.	Papaver
	Pſillium
	Ptiſana.
Ligna.	Santala.
Succi.	Acetoſitas citri
	Manna
	Mucilago ſem. Pſillii
	Sangvis Draconis.
Liqvor.	Acetum.
Gummi.	Arabicum
	Tragacanthum.
Pars.anim	Spodium.
Excremēt.	Lactis ſerum.

CAPUT II.

Digerentia Melancholiam.

Lapides.	Lapis Armenus
	Lapis Lazuli.
Radices.	Ariſtolochia
	Elleborus niger
	Polypodium.
Folia.	Borrago
	Calamenthum
	Capillus Veneris
	Ceterach
	Cuſcuta

	Epithymum
	Fumus terræ
	Hyſsopus
	Meliſsa
	Menthaſtrum
	Origanum
	Polium montanum
	Scolopendria
	Sena
	Thymus.
Flores.	Borraginis
	Bugloſsæ
	Stœchados.
Fructus.	Cappares
	Myrobalani
	Paſsulæ.
Semen.	Bombacis.
Cortices.	Tamariſci.
Succi.	Saccharum.
Liqvor.	Vinum aromaticum.
Anim.part.	Blatta
	Os de corde Cervi.
Excremēt.	Mel
	Sericum.

CAPUT III.

Digerentia Pituitam.

Radices.	Acorus
	Agaricus

Apii

Apii
Ariſtolochia
Aſari
Aſparagi
Aſphodeli
Bryonia
Coſtus
Cyclaminus
Cyperus
Diptamnus alba
Ebuli
Fœniculi
Gentiana
Hermodactylus
Iris
Peonia
Petroſelini
Peucedanum
Pimpinella
Pyrethrum
Raphanus
Rhaponticum
Rubiæ
Ruſci
Sqvilla
Turpethum.

Folia.

Anethum
Arthemiſia
Aſarum
Balſamina
Betonica
Calamenthum

Eupatorium
Hyſsopus
Laurus
Majorana
Meliſsa
Mentha
Menthaſtrum
Origanum
Polium
Praſsium
Pulegium
Ruta
Salvia
Sqvinanthum.

Fructus. Been
Cappares
Carpobalſamum
Caſsia fiſtula
Colocynthis
Garyophylli
Juniperi baccæ
Piper.

Semina. Ameos
Aniſi
Apii
Cardamomum
Cartami
Carvi
Cymini
Dauci
Fœniculi
Petroſelini

Siler

	Siler montanum
	Sinapi.
Cortices.	Cinnamomum
	Ebuli
	Sambuci.
Succus.	Aloes.
Pars anim.	Spodium.

DE MEDICAMENTIS SIMPLICIbus purgantibus.

CAPUT IIII.

Variis modis educunt medicamenta humores: qvędam dissolvendo & attrahendo: qvædam emolliendo, & leniendo; alia abstergendo: nonnulla naturā extimulando: aliqvando constringendo purgare conspiciūtur. Qvæ verò propriè Purgantia nominantur, pręter hasce facultates aliam habent, qvā peculiarem qvendam humorem insita proprietate à remotissimis partibus eliciunt & attrahunt. Usus Purgantium tres notavit ordines. Unus est Malignorum, in qvibus vis & substantia inest venenata, ut Colocynthis, Scammonium, &c. Alter Benignorum, qvæ minimum ab alimenti natura defecerunt; cujusmodi sunt Pruna, Manna, Violæ, Serum Lactis, Casiæ medulla. Tertius Mediocrium; qvæ tametsi humores trahant ejiciantq;, innocua tamen sunt, nisi modum excesserint sumentes. A recentioribus Medicis Innocua vocantur, veluti sunt Casia nigra, Myrobalani, Tamarindi, Rhabarbarum, Agaricus, Sena, Aloe, Epithymum, Polypodium, &c.

Porrò horũ qvæ Alvum movent, alia Bilem flavam, alia Melancholiam, alia Pituitam, alia humores tenues aqvosósqve dejiciunt.

N. Calida qvidem censuerunt Veteres omnia Purgátia, cujus nomine calori vim purgatricem adscripserunt Aliqvi: notum tamen Recentiorum experientia, purgandi vim qvibusdam inesse, qvæ vel frigida sunt, vel saltem exiguo calore prædita.

CAPUT V.

Alvum emollientia.

Radices.	Cynoglossum
	Peucedanum.
Folia.	Asparagus
	Atriplex
	Bellis
	Beta alba
	Blitum
	Brassica
	Bryoniæ caul. recen.
	Helxine
	Malva
	Mercurialis.
Fructus.	Cassia fist.
	Cerasia
	Ficus
	Juglandes
	Pruna
	Pruna Damasc.

Si-

Siliqva
Vvæ paſſæ.

Semina. Androſæmi
Lentis
Pap. errat.

Succi. Cucurbitæ
Lac ficulneum
Manna
Oleum amyg.

Reſina. Laricea.

CAPUT VI.

Simplicia ducentia bilem, χολάγωγα.

Radices. Filicis
Iris Illyrica
Polypodium
Rheubarbarum
Rheuponticum
Veratrum nigrum.

Folia. Abſinthium
Aſarum
Centaurium minus
Ebulus
Empetron
Frangula
Fumaria
Gratiola
Lupus ſalictarius
Malva agr.

	Mercurialis
	Peplis
	Sambucus
	Sena.
Flores.	Cerasi
	Persici
	Rosarum
	Violarum.
Fructus.	Casia fistula
	Colocynthis
	Cucumer agrestis
	Myrobalani citrini
	Pruna
	Sebesten
	Tamarindi
	Vvæ passæ
Semina.	Androsæmi
	Ebuli
	Lychnidis syl.
	Peplios
	Psillii
	Sesamoidis
	Thlaspeos
	Thymeleæ.
Cortices.	Cucumeris syl.
	Frangulæ
	Esulæ.
Succus.	Aloe
	Manna
	Rosarum rubrarum
	Scammonea.

CA-

CAPUT VII.

Atram bilem ducentia, Μελανάγωγα.

Metalla.	Sal Nitrum.
Lapides.	Armenus
	Lazuli.
Radices.	Eſula
	Helleborus niger
	Polypodium.
Folia.	Centaurium minus
	Chamæpitys
	Cuſcuta
	Epithymum
	Fumaria
	Origanum ſic.
	Parthenium
	Pulegium
	Sena
	Sqvinanthum
	Thymus
	Tragoriganum.
Flores.	Geniſtæ.
Fructus.	Colocynthis
	Myrobalani Chebuli
	Myrobalani Indi.
Excremēt.	Lactis ſerum.

CAPUT VIII.

Pituitam ducentia, Φλεγμάγωγα.

Metalla.	Sal gemmæ.
Radices.	Agaricus
	Cucumeris ſyl.
	Ebuli
	Eſulæ
	Helleborus uterqve
	Hermodactylus
	Mechoaca
	Polypodium
	Pyrethrum
	Turpethum.
Folia.	Eupatorium
	Gratiola
	Hyſſopus
	Laureola
	Sambucus.
Flores.	Carthami
	Geniſtæ
	Perſici
	Sambuci.
Fructus.	Anacardi
	Colocynthis
	Myrobalani Bellerici
	Myrobalani Chebuli
	Myrobalani Emblici.
Semina.	Carthami
	Geniſtæ

Lathy-

	Lathyris
	Ricini
	Thymeleæ.
Cortices.	Radicum Cucum. ſyl.
	Eſulæ.
Succus.	Elaterium
	Opopanax.
Gummi.	Bdellium
	Euphorbium
	Sagapenum
	Sarcocolla
	Serapinum
	Styrax.

CAPUT IX.

Bilem & Pituitam ducentia, Χολάγωγα, καὶ Φλεγμάγωγα.

Radices.	Agaricus
	Ariſtolochia Clematitis
	Cyclaminus
	Helleborus
	Polypodium.
Folia.	Chamæpitys
	Empetron
	Peplis
	Thymus
	Tithymalus.
Fructus.	Colocynthis.

Semina

Semina.	Ariſtolochiæ Clematitidis
	Granum gnidium
	Peplios.
Succi.	Elaterium.

Bilem & Melancholiã, χολάγωγα καὶ μελανάγωγα.

Fumaria
Veratrum nigrum.

CAPUT X.

Aqvam & ſeroſos humores ducentia, Ὑδραγωγα.

Metalla.	Aes uſtùm lotum
	Flos æris
	Sqvama æris
	Stibium.
Radices.	Agaricus
	Chamæleon
	Cucumeris agreſtis
	Ebuli
	Hemerocallis
	Rheumbarbarum
	Turpethum.
	Aſarum
Folia.	Braſsica marina
	Chamædrys
	Chamælea
	Cyclaminus
	Cynocrambe
	Ebulus
	Empetron
	Eſula
	Lactuca ſyl.

Sambu-

Sambucus
Thymelea
Tithymali omnes.

Flores. Carthami
Genistæ
Persici
Sambuci.

Fructus. Baccæ Ebuli
Baccæ Hederæ.

Semina. Carthami
Granum gnidium
Lathyris
Ricini.

Cortices. Ebuli
Sambuci.

Succus. Ebuli.

Gummi. Euphorbium
Sarcocolla.

CAPUT XI.

Hæmagoga h. e. sangvinem à putridis, salsis, serosis & adustis humoribus mundificantia.

Sangvinem ducentia dicuntur, non qvòd sangvinem foràs trahant; sed qvòd vel ipsum ab humoribus corruptis expurgent (qva ratione omnia propè purgantia dici qveunt sangvinem purgare); vel qvòd actionis vehementia ipsum trahant in hypercatharsi, vel ipsum tenuatum calefactúmq; ad venarũ exitus promoveant.

Radices. Acorus
Altheæ
Apii
Asphodeli

Bryo-

Bryoniæ
Cyclaminus
Ireos
Polypodium.

Folia. Abſinthium
Agrimonia
Aſarum
Atriplex
Betonica
Braſsica communis
Braſsica marina
Capillus Veneris
Centaurium minus
Chamæpitys
Ebulus
Eupatorium
Fumus terræ
Geniſta
Hyſſopus
Lauri
Lupulus
Malva ſyl.
Mercurialis
Origanum
Parthenium
Pulegium
Salvia
Sambucus
Scordium
Thymus
Tragoriganum.

Flores. Borraginis

Bugloſ-

	Buglossę
	Stœchados
	Violæ albæ.
Semina.	Cicer agreste.
Succi.	Porri capitati.
Excrem.	Serum Caprinum.

Et sic absolvimus, benevole Lector, auxilio Dei Opti. Maximi primam hujus Thesauri partem, qvæ fuit de Simplicium Medicamẽtorum facultatibus. Cùm enim ipsa Composita rectè cognoscere neqveamus, prius qvàm Simplicium Medicamentorum vires cognitas & perspectas habeamus. De his tanqvam naturæ ordinem imitati, hoc primo libro agere voluimus: deinceps, seqventi nimirum libro de ratione & modo variè miscendi simplicia, sive de Compositis acturi. Si qvis plura velit de hac re, legat doctissimos Galeni περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεων libros, Dioscoridem item, Avicennam, Mesueum, Serapionem, Aëtium, & alios, qvi ex professo & copiosè de hac materia scripserunt.

FINIS LIBRI PRIMI.

ΠΆΝΤΩΤΕ ΔΌΞΑ ΘΕΩ̃.

DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM,

Liber ſecundus:

Qvi non ſolùm modum & rationem variè miſcendi & componendi omnis generis medicamenta commonſtrat: verumetiam ipſarum compoſitionum & formularum uſum & deſcriptiones, hodie tam in Officinis pharmaceuticis; qvàm apud Medicos uſitatas ſecundùm Veterum & Recentiorum ſcripta ad ultimam limam redactas examinatáſqve exhibet & offert.

DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM, LIBER SECUNDUS.

SECTIO I.

DE COMPOSITIONE MEdicamentorum in genere.

CAPUT I.

Medicamentum compositum dicitur, nō qvod ipso ortu tale evasit, sed qvod arte & industria nostra ex multorū permistione constat. Sic Compositio nihil aliud est, qvàm plurium simplicium cō mixtio. Miscendorum autem & componendorum medicamentorū magna fuit tum ad simplices, tum ad compositos morbos necessitas.

1. Propter penuriam simplicis. Cùm nimirum simplex deest morbo prorsus oppositum, ejus penuriâ usurpamus compositum, cujus vires sint morbo pares.

2. Simplicis vitiosi causâ, qvod aut imbecillum aut malignum: imbecillum acrioris permistione excitatur, ut Rhabarb. Spicâ &c: malignum aut pravum benignioris permistione obtunditur.

3. Ex affectæ partis substantia, situ, præstantia atqve sensu. Cùm enim pars densa longiúsqve dissita fuerit à remediis, ut Ren, Vterus &c. plerunqve attenuantia Basi permiscemus, qvæ eò penetrent; plerunqve alia, qvæ substantiæ familiaritate Basim, id est præcipuũ simplex medicamentum eò dirigant, ut Cephalicis Betonicam, Pulmonicis Hyssopum, Cardiacis Buglossum, Hepaticis Agrimoniam, Splenicis Scolopendriam, Hystericis Arthemisiam. Sic pars nobilis qvoqve aut exqvisiti sensus, aliqvid qviddã sibi totâ substantiâ familiare misceri postulat, & qvod se suúmqve robur conservet, ea propter qvæ visceribus accommodãtur medicamenta corroborantibus fulciuntur.

4. Omnium maximè in affectuum varietate. Cùm enim nulli simplici vis insit depellendi compositum affectum, permiscenda tot erunt simplicia qvot facultates expetuntur, qvò sigillatim unusqvisqve affectus depellatur. Præterea utilis etiam est Medicamenti forma, qvòd solida potentiùs trahat, liqvida commodiùs penetret & eluat.

Jucunditas porrò qvoad licet Medicamentis comparanda, modò ut illorum vim & facultatem non tollat: tristia enim & horrenda, nec sumuntur facilè, nec continentur; sed Ventriculum evertunt, corpus conturbant, ac plerunqve animi defectione vires exsolvunt. Comparatur autem jucunditas odore, sapore, colore.

Ca-

Caput II.

Ad Compoſitionem verò cujuſqve medicaminis ut- plurimùm reqviruntur qvatuor. 1. qvæ Morbum, Morbi cauſam & Symptomata abigunt. 2. ſine qvibus priora, affectus ſeu conſtitutiones præternaturales amovere atqve extirpare neqveunt. 3. per qvæ faciliùs, expeditiùs ac meliùs prima ac præcipua naturæ ſuccurrant atqve opitulentur, morbúmqve diſsolvant, tollant & eradicent. 4. qvæ totam compoſiti formam foveát, conſervéntqve & à corruptione tueantur ac prohibeant. De ſingulis paucis.

Caput III

Medicamenta, qvæ Morbum, Morbi cauſsam & ſymptomata abigunt, vocant Medici in cõpoſito Radicem ſeu Baſim, qvæ eſt id, à qvo prima ſeu pręcipua medicaméti proficiſcitur actio, & cujus cauſâ cætera adhibentur. Et miſcentur medicamenta vel ex homogeneis, vel ex heterogeneis. Baſis autem vel ſimplex eſt, vel multiplex. Variatur enim qvando id vel αἱ διαθέσεις παρὰ φύσιν: vel τὰ πεπονθότα μόρια: vel ipſa pharmaca reqvirunt. Et harum cauſarũ vel una ſola, vel duæ, tréſve ſimul Radicem vel pluribus adjunctis augendam, intendendam ac variandam, vel remittendam ac minuendam oſtendunt.

Caput V.

Affectus ipſi præternaturales Baſim variát: vel propter vehementiam ac magnitudinem morbi, vel morbi tempus. Alia enim medicamenta initium morbi, alia

αὔξησις, alia ἀκμὴ, alia παρακμὴ desiderat: vel affectionis ipsius causam, utpote cùm alia sit morbi curatio, qvem solæ externæ; alia illius, qvem internæ excitarunt: vel propter symptomata morbum conseqventia: vel propter concursum & complicationem plurium, ac diversorum affectuum.

Caput V.

Loci affecti electionem Basis variant vel situ, vel natura, ac temperie sua, vel usu ac functione, vel connexu consensuq; cum partibus vicinis, vel constitutione, ac constructione sua naturali.

Caput VI.

Medicamentum ipsum variat Basim, qvod cùm imbecillum est, intentionem; cùm forte nimis, remissionem atq; infrenationem; cùm substantia aut qvalitate prędictũ est, qvæ corpori vel affectui nocitura, aut totius medicamenti actionem impeditura videtur, correctioné, qvæ ustione, lotione, aut alia aliqva ratione perficitur, reqvirit.

Caput VII.

II. Ea verò, sine qvibus Basis affectum abigere neqvit, talia esse convenit, ut aut ad partem affectam deducant Basim; vel qvando tota substantia parti familiaris: vel qvando per meatus naturâ, obstructione, densitate, compressione angustas ducunt, Basim suam acrimonia, vel essentiæ tenuitate, vel utraq;, vel etiam accu

rata

rata tritura, aut Baſi commodæ ad actionem applicent.

Caput VIII.

III. At ea, per qvæ Baſis meliùs agit, talia eſſe debēt, ut aut actionem Baſis, cæterorumq; qvæ Baſi adjiciuntur, reddant meliorem, perfectiorem, ſalubriorem, tutiorem, celeriorem, tardiorem, prout opus eſt & reqvirit neceſsitas, vel morbi conditio, aut Baſis; aliorumqve vim juvent valentiorem minuendo contrarietate, vel totius ſubſtantiæ, vel qvalitatum vel utrorumq;: imbecilliorem augendo ſimilitudine ſubſtantiæ vel qvalitatum, noxiam corpori retundendo, infringendo atqve emendando: aut medicamētis addant gratiam & ſvavitatem coloris, odoris, ſaporis, & conſiſtentiæ.

Caput IX.

IV. Conſervantia autem ideò miſcentur, ut medicamenti formam conſervent, ac tueantur à corruptione; ne vel ſitu, vel putredine cōficiatur, vel diſsipetur virtus atq; exhalet. Ideoq; omnia exiccantur, vel per ſe, vel per accidēs ignis Solísve calore: aut cōdiuntur Melle, Saccharo, Aceto per ſe, aut cum Sale, Oleo, &c.

Caput X.

Compoſita inter ſe, materiâ, formâ, uſu, ratione conficiendi differunt. Alia enim ex aliis ſimplicibus, vel cō junctis, atqve in pulverem redactis, vel decoctis aqva, vino aut aceto, vel conditis ſaccharo, aut melle parantur & conformantur. Alia item aliis partibus ſunt accōmodatiora, ut & nomina oſtendunt qvorundam qvæ à partibus, qvibus affectis principaliter applicantur, ac medentur, dicta ſunt. Sunt enim Errhina, Stomatica,

Diamassemata,&c. & qvot in vniversum Compositorũ differentiæ sint, ex seqventi tabula colligere licet.

Antidota.
Apophlegmatismi.
Apozemata s. Decocta.
Aqvæ destillatæ.
Arteriaca s. Ecleigmata.
Balnea artificialia.
Bolus.
Cataplasmata.
Cerata.
Clysteres.
Collyria.
Condîta.
Condîta arida.
Confectiones solidæ.
Conservæ s. Sacchara.
Dentifricia.
Dropaces.
Embrochæ.
Emplastra.
Emulsiones.
Epithemata.
Errhina.
Extracta.
Fomenta.
Gargarismi.

Infusio-

Infusiones.
Insessus.
Julepus.
Linimenta.
Lotiones.
Odoramenta.
Olea.
Pessi.
Pilulæ.
Pulveres.
Sacculi.
Salia.
Sinapismi
Succi medicati.
Suffumigia.
Suppositoria.
Syrupi.
Thermæ.
Trochisci.
Vina artificialia.
Ungventa.
Vomitiva.
Olea.

DE COMPOSITIONE IN SPECIE.

DE MEDICAMENTIS FLUIDIS.

SECTIO II.

Sectionis secundæ capita.

Olea

DE AQVIS DESTILLATIS.


Caput I.

Aqva ſtillaticia eſt humoris alimentarii portio tenuior. Licèt autem ex omnibus ſimplicibus, etiam animalibus & mineralibus deſtillatio fieri poſsit; in præſentiarum tamen de ea ſaltem agemus, qvæ fit ex herbis, floribus, radicibus, corticibus, arωmatibus & qvorundam animalium partibus: qvæ vaſis vitreis aut figulinis erit adminiſtrãda potius, qvàm plumbeis. Plumbeorũ enim vaſculorum uſus, qvàm noxius non ſolùm ſit, imò damnoſus & exitioſus, ſummus ipſe Medicorum Coryphæus Galenus lib. per locos 7. cap. 2. affirmat; qvando Aqvam plumbeis tubis ſive canalibus derivatam, Dyſenteriam gignere ſcribit. Proponemus autem hic duplicem tantùm modum, eumq; uſitatum & commodiſſimum; reliqvos qvi non ita ſunt in uſu, aliis committimus.

Primus eſt qvi fit per Balneum, ut vocant, Mariæ in duplici vaſe: Vnum, qvod ferventem aqvam cõtineat, ſit cupreum ſeu æneum, rotundum amplo canali in medium

dium immisso, in imo craticulam habente, ut ignem cõtineat, ciner ésqve defluant: huic canali imponitur & operculum, cum foramine per qvod fumus exeat. Operculum qvoqve vas cupreum habeat perviũ foraminibus, ut qvodlibet Cucurbitę collum per qvodlibet possit transire foramen.


Alterum materiam destillandam sustinens, & Cucurbita seu Boccia appellatum, fit vitreum, cui alembicum superponatur, Cucurbitæ diligenter conglutinetur, ne vapores exhalent: postea in cupreum vas aqvâ repletum ponatur cum suo capitello, cujus rostrũ promineat ad vasculum receptorium: sicuti ex seqventi figura apparet.



a a a.	*Balneum rotundum cupreum.*
b.	*Piger Heinricus.*
c.	*Operculum.*
d d d d.	*Bocciæ cum ſuis alembicis in balneũ ſuſpẽſæ.*
e.	*Canalis per qvem aqva nimis calẽs elabitur.*
ffff.	*Vaſcula receptoria.*
gg.	*Boccia cum alembico ſeparatim poſita.*

In hoc diſtillantur, qvorum vires ignis violentia diſſipari nolumus, & qvæ mitia integriora volumus: veluti ſunt herbæ, flores, fructus, radices, carnes recẽtes omnes in vigore ſuo collectæ & prius tritæ ſeu inciſæ. Aqva autem Balnei non magis calere debet, qvàm digitus tolerat.

Secundus modus eſt, qvi fit in arena, aut cineribus calidis, prius tamen cribratis. Hoc modo deſtillantur, ſemina, arωmata & alia, qvæ difficiliùs aſcendunt: in vino aut alio humore aliqvo digeſta & macerata, eundẽ prorſus odorem ſaporemq; reddıtura.



III. For

111. *Fornax triplex rotunda.*
22. *Patellæ arenâ aut cineribus plenæ.*
3. *Foramen, per qvod carbones inijciuntur.*
4. *Foramen, per qvod cineres eximuntur.*
55. *Canalis per qvem in laterales fornaces calor transit.*
66. *Boccia benè lutata cũ alembico continens materiam destillandam.*

Hujusmodi aqvæ diutiùs, qvàm qvæ in Balneo Mariæ destillantur, servari possunt.

Aqvarum tabula generalis.

- Aqvæ, vel sunt
  - Simplices
    - alterãt qvalitate
      - occulta
      - manifesta, & vel
        - alterant
          - Sangvinem fervefactum
          - Bilem flavam
        - concoqvunt
          - Pituitam
          - Bilem atram
    - purgãt
  - Compositæ.

Aqvæ simplices alterant sangvinem.

Aqva.
- Cichorii
- Fumariæ
- Lactucæ
- Nympheæ
- Oxalidis
- Portulacæ
- Violarum.

Bilem

Bilem flavam in

Capite.	Lactucæ
	Nympheæ
	Papaveris
	Plantaginis
	Solani.
Thorace.	Capillorum Veneris
	Hordei
	Papaveris
	Violarum
	Vngulæ Caballinæ.
Corde.	Acetosæ
	Cydoniorum
	Nenupharis
	Rosarum
	Corticum juglandium.
Ventriculo	Acetosæ
	Cichorii
	Cucurbitæ
	Cydoniorum
	Lactucæ
	Plantaginis
	Portulacæ
	Rosarum
	Sempervivi
	Solani
	Violarum.
Hepate.	Acetosæ
	Cichorii
	Endiviæ
	Nenupharis

Portulacæ
Solani.

Liene. Borraginis
Buglossæ
Endiviæ
Scolopendriæ.

Renib. & Vesica. Cerasiorum nigrorum
Citrulli
Cucurbitæ
Endiviæ
Graminis
Fragorum
Halicacabi
Melonum
Nenupharis
Plantaginis
Sempervivi.

Matrice. Endiviæ
Lactucæ
Nenupharis
Portulacæ
Rosarum.

AQVAE CONCOQVUNT PITUITAM IN

Capite. Anthos
Betonicæ
Calaminthæ
Camomillæ
Euphrasiæ
Fœniculi
Liliorum convallium
Majoranæ
Primulæ veris

Sal-

Salviæ
Tiliæ.

Thorace.
Adianthi
Betonicæ
Capilli veneris
Cardui benedicti
Consolidæ majoris
Enulæ
Hyssopi
Ireos
Melissæ
Prassii
Prunellæ
Scabiosæ.

Corde.
Cinnamomi
Melissæ
Rorismarini.

Ventriculo
Absinthii
Calendulæ
Cherefolii
Cinnamomi
Fœniculi
Melissæ
Menthæ
Serpilli.

Hepate.
Absinthii
Apii
Centaurei minoris
Cichorii
Cuscutæ
Eupatorii
Fœniculi

	Origani.
Liene.	Absinthii
	Aristolochiæ
	Buglossæ
	Calaminthæ
	Genistæ
	Gentianæ
	Nasturtii.
Renib. & Vesica.	Asparagi
	Erucæ
	Fœniculi
	Parietariæ
	Pimpinellæ
	Qvinq;folii
	Raphani
	Saxifragiæ
	Vrticæ.
Matrice.	Arthemisiæ
	Calaminthæ
	Levistici
	Matricariæ
	Melissæ
	Nepethæ
	Pulegii
	Sabinæ, &c.

Bilem atram in

Capite.	Fumi terræ
	Lupulorum.
Thorace.	Cardui benedicti
	Melissæ.
Corde.	Basiliconis
	Borraginis

Bu-

Buglossæ
Melissæ
Rorismarini.

Hepate. Asari
Cichorii
Fumi terræ
Lupulorum.

Liene. Cuscutæ
Scolopendriæ
Tamarisci
Thymi.

AQVAE OCCVLTA QVALITATE alterant.

Aqva. Betulæ
Cerasiorum
Florum Tiliæ
Vrinæ, cujus insignis & incredibilis ferè est vis in sanandis affectibus oculorum.

AQVAE PVRGANT.

Aqva. Corticum Sambuci
Ebuli.

Caput II.

AQVAE DESTILLATAE COMPOSITAE.

Aqva Nucum contra Pestem.

℞ Rutæ, Scabiosæ, Acetosæ,
Borraginis, Buglossæ, Melissæ,
Nucum viridium ana partes æqvales: destillentur omnia simul in Balneo.

Aqva vitæ aurea der Pfaltzgräffin guldin wasser genandt. D. D. *Thomæ Erasti.*

℞ Salviæ minoris ℥.vj. Absinthii ʒ.ij.
Origani ʒ.vj.
Betonicæ, Rosmarini, Majoranæ,
Pulegii, Bismalvæ ana ℥. ß.
Rosarum ℥ j.ß. Hyssopi ʒ.ij.
Petroselini ℥. ß. Rad. Petroselini ʒ.vj.
Polypodii, Tormentillæ ana ℥.ß.
Flor. Lavandulæ ℥.j. Bistortæ ʒ.vj.
Valerianæ ℥.ß. Magistrantiæ ʒ.j.
Garyophyllatæ ℥.j. Rutæ ʒ.vj.
Baccarum juniperi ℥. j.
Rad. Levistici ℥.ß.
Pimpinellæ, Succisæ, Menthæ crispæ,
Menthæ syl. Verbenæ, Keyri ana ℥.ß.

Contusa omnia crasßiusculè macerentur in tribus mensuris spiritus vini qvinqvies destillati in vase bene obturato per dies iij. postea diligenter destillentur. Aqvæ huic distillatæ infunde

Zingiberis albi, Nucis moschatæ ana ℥.ß.
Garyophyllor. Cinnamomi ana ʒ.vj.
Cubebarum ʒ.ij.
Cardamomi, Galangæ, Macis ana ℥.ß.
Granor. Paradysi ʒ.j.
Piperis longi, Piperis nigri ana ʒ.ß.
Calami aromat. Thutiæ, Zedoariæ rot. ana ℥.ß.
Baccar. Lauri excortic. ʒ.ij.
Folior. Lauri ℥.ß. Coriandri ℥.ß.

Anisi

Anisi ℥ j.ß. Liqviritiç ℥.j.ß.
Theriacæ ʒ.ij. Manus Christi ℥.ß.
Sacchari Candi ℥.ß. Cymini ʒ.ij.
Rhabarbari ʒ j. Rhapôtici ʒ. ij.
Corticum Arantiorum ʒ. ij.
Mâl. granat. ʒ.vj. Nigellæ Rom. ℥.ß.
Mechoacæ ℥.ß. Conservæ Rosarum ℥.j.ß.
Croci ʒ.j Mellis opt. & despumati ℔.j.

Contusa omnia crasſiore modo in vase optimè obturato (putà stanneo) relinqvantur per dies 10. singulis diebus agitentur bene: postea destillentur denuo, & huic aqvæ destillatæ adde

Moschi Alexandrini,
Ambræ griseæ ana ℈.j.
Camphoræ ʒ.ß.
Sacchari albiſs. optimi tenuiſs. pul. ℥. j.

Relinqvantur ita per triduum, aut qvatriduum, postea colentur per pannum rarum, & in loco frigido vase stanneo (nō vitreo, propter eximiā enim vim hujus aqvæ diutius servari nō potest, qvin frāgatur) usui reservetur.

¶ Confortat aqva hæc mirificè partes principales, Cerebrum nimirum, Cor, & universum corpus. Præstantiſsima est ad Apoplexiam, Epilepsiam, Convulsionem. Loqvelam & rationem amiſſam restituit. Prætereà Menses, si nimium fluant, sistit: si obstructæ sint, aperit. Præservat à peste, & venenis adversatur. In summa, efficax est ad omnes morbos tam internos, qvàm externos. Dosis guttæ iij. iiij. aut v. vel per se, vel in cibo & potu, vel super tosta panis, mane & vesperi & omni tempore, prout neceſsitas reqvirit.

Aqva vitæ aurea alia præstantissima.

℞ Flor. Borrag. viridis, Buglossæ vir.
Anthos vir. Violar. virid.
Melissæ vir. ana M. x.
Vini opt. ℔. ß. Misceâtur atq; destillentur benè.

Dein aqvæ stillaticiæ adde
Amygdal. dulc. ℔. j. Vitel. ovor. n°. vj.
Caponem evisceratum atq; contusum n°. j.
Pinearum ℥. iij. Vvarum passarum ℥. iiij.

Denuo destillentur, atq; rursus stillaticiæ aqvæ addantur

Fragmentor. Hyacinthi
Smaragdi
Sapphyri
Granatorum
Coralli rubri ana ʒ. j. ß.
Margarit. alb. ʒ. ij.
Ossis de corde Cervi.
Cortic. mâli Citri ana ʒ. ij.
Cinnamomi el. ℥. ij.
Rasuræ Eboris, Galangæ, Garyophyllor.
Piperis longi, Macis, Xyloaloes ana ʒ. j.
Foliorum Auri
Argenti ana n°. x.
Moschi ℈ ij. Tertiò destilla, & adde parum
Mivæ Cydoniorum, ut dulcis fiat.

Aqva vitæ Johannis Langii ad confortandam Memoriam.

℞ Aqvar. Buglossæ, Betonicæ, Tiliæ ana ℔. j.
Spiritus vini opt. ℔. ß.
Flor. Anthos, Rosarum rubr. Buglossæ.

Majora-

Majoranæ ana M.j.

Specier. Confection. Anacardinæ ℥.ij.

Infundantur flores aliqvantulum contusi in aqvis, qvilibet recens suo tempore dum haberi potest, & tandem species: stent ita simul in Sole, vel loco digestionis per mensem: postea destilletur aqva per Alembicum in Balneo.

Ein Krafftwasser.

℞ Aqv. Rosarum ℔.ij.
Lavendulæ ℈. ß.
Garyophyll. Cinnamomi ana ʒ.j.
Macis, Ambræ, Cardamomi ana ℈.ß.
Cortic. citri siccar. Santali citrini,
Rad. Ireos ana ℈.j.
Benzoini, Storacis calamitæ ana ʒ.ß.
Misce destillentur in Balneo s.a. Adde
Moschi Gr.ij.

Aqva Theriacalis.

℞ Aq. Fumariȩ, Cichorii,
Camomillæ ana ℔.j. Macerentur
per noctem super cineres calidos. Adde
Polypodii qvercini ℔.ß.
Epithymi ℥.ij. Asparagi ℥.vj.
Conser. Rosarum, Cichorii,
Borraginis, Buglossi ana Qvart.ij.
Theriacæ bonæ, Conser. Enulæ ana Qv.j.
Destillentur in Balneo. Dosis ab ℥.ij. ad ℥.iij.

Aqva Caponis.

℞ Caponem evisceratum, atq; in frusta incisum, deposita pingvedine, decoqvatur in s. q. aqvæ s. a.

℞ Brodii colati ℔.ij. ß.

Aq.Borrag. Buglossæ ana ℔. j. ß.
Flor.Rosar.Violarum,
Bugloss.Borraginis ana ℥.ij.
Cinnamomi el. ℥.j. Destillentur in alembico vitreo s. a.

Aqva Cochlearum.

℞ Cochlearum, mense Aprili collect. & purgat. q. v.

Cum vino extrahito, atq; primùm cum aceto, dein cum aqva, demum cum vino mundato. Pòst in frusta scinde & cum aliqvot foliis Borraginis destill a.

¶ Valet ad Phthisin.

Aqva pro confortando Ventriculo.

℞ Zingiberis ℥. vj.
Garyophyll.Nucis moschatę,
Zedoariæ, Galangæ ana ℥. j.
Masticis ℥.vj.
Sem.Anisi, Fœniculi,
Menthæ ana ℥. iij. Conqvassata infundantur in vini rubri mensura j. per noctem & diem: pòst destilla in Balneo s. a.

Servantur Aqvæ destillatæ vasis vitreis, loco temperato; ita ut per aliqvot dies Soli exponantur, priusqvā reponantur. Durant annum, plus minúsve pro destillationis ratione. ¶ Vtimur Aqvis destillatis non tam intrinsecus qvàm extrinsecus ad Epithemata, de qvib. suo loco.

* Medici hodie Aqvas cum Syrupis commiscere solent. Tota mixtura non excedat ℥. v; ita ut Syrupor. ℥. j.ß. Aqvarum ℥. iij. misceantur, pro ratione Morbi & partis affectæ, Sic

Conco-

Concoqvunt Pituitam, in Capite.

℞ Aqvarum, Majoranæ,
Salviæ
Peoniæ ana ℥. j.
Syrupi de Betonica ℥.j.ß.Miſce.

in Thorace.

℞ Aq.Capillorum Veneris,
Hyſſopi, Helenii ana ℥.j.
Syrupi de Praſſio ℥.j. Miſce.

in Ventriculo.

℞ Aq Abſinthii,Fœniculi,Meliſſæ ana ℥. j.
Syrup.Menthæ,Mellis roſ. ana ℥. ß. Miſce.

in Hepate.

℞ Aq.Hepaticæ ℥. ij. ß.
Syrup.de Eupatorio ℥.j.Miſce.

Bilem flavam.

℞ Aqvar. Nenupharis, Violarum ana ℥. j. ß.
Syrup. de Papavere ℥. j. ß. Miſce.

Melancholiam.

℞ Aqvar.Fumariæ, Lupulorum,
Buglosſæ ana ℥. j.
Syrup.de Fumo terræ ℥. j.Miſce.

Et ſic de reliqvis judicato:hæc ſaltem e. g. monſtraſſe ſufficiant.

Caput III.

VINA ARTIFICIALIA, SEU MEDICATA.

Cùm Vinum naturæ jucũdum ſit,ac familiare, qvaſcunq; vires acceperit, eas per omnia ſeſe inſinuans, promtè in ſingulas & abditiſſimas corporis partes diffun-

diffundit atq; impartit; estq; optimum Medicinæ vehiculum. Vinum autem ut commodè fiat, stirpium materia cùm viribus excellit, legitur & in umbra siccatur: dein in mustũ conjicitur, dum defervescat, ac post duos trésve menses, cùm jam vinum deferbuerit & fuerit defæcatum, transfunditur reconditurq; e; nec si stirpium materia diutiùs macerari sinatur, corruptionem subit, nisi vinum fortè vapescat, dolio vacuato, aut non convenienter obturato. In vetustius etiam vinum macerata stirpium, aut arωmatum materia, non parum id efficax reddit, præsertim si semel ebulliverint.

VINA CALEFACIUNT CAPUT.

E Betonica.

℞ Herbam semine maturo prægnantem, cum suis ramulis minæ pondo, congiis duob. vini macerato, & post septimum mensem transfundito.

Salviatum.

Fasciculus Salviæ, aut q. v. vino immergatur & aliqvandiu maceretur, vel coqvatur supra ignem, donec omnem vim ejus in liqvorem deposuerit.

Euphragiatum.

Fœniculatum.

Rosmarinatum.

Ad Memoriam & oblivionem.

℞ Zingiberis, Piperis longi,
Galangæ ana ℥. ß.
Nucis Indicæ ℥.iij.ß. Hujus pulveris in sacculo ligati ponatur in Vini opt. bullientis ℔.iiij. Cooperiatur ne respiret & permittatur clarificari.

Vinum

COR.

Vinum Borraginatum

Buglossatum

Melissatum

Saccharatum.

℞ Vini opt. ℔.iiij. Sacch. ℔.ij. Coq. s.a.

Hippocraticum.

℞ Vini austeri odor. sextar.j. Sacchari albi ℔. ß.
Cinnamomi, Zingiberis ana ℥.ß. Galangæ ℥.j.
Misce & cola s.a.

Nectar.

℞ Cinnamomi ℥.j.ß.
Cardamomi ℥.ij.
Folii, Galangæ ana ʒ.j.
Spicæ Nardi, Carvi ana ʒ.ß.
Piperis longi ʒ. iiij.
Garyophyllor. Nucis Moschatæ,
Macis, Granorum Paradysi ana ʒ.ij.
Mellis despumati vel Sacchari ℔.ß.
Vini boni lotum Burgense.

THORACEM.

Hyssopites.

℞ Folior. Hyssopi contusor. ℔.j. projiciantur in amphoram Musti.

Enulatum.

℞ Rad. Enulæ mundatar. & incisar. q.s. in nova olla fictili cum Musti sextariis duobus coqvantur.

Vinum ad Asthma.

℞ Anisi, Fœniculi ℥.vj.
Glycyrrhizæ ℥. xij. Musti vel Vini q.s.

è Marrubio.

Passu-

Paſſulatum.

Hippocraticum.

℞. Cinnamomi opt. ℥.j. Garyophyll ℥.j.ß.
Aniſi, Fœniculi ana ʒ.j. Glycyrrhizæ ʒ. iij.
Macis, Cardamomi, Ireos ana ʒ. ß.
Sacchari albi ℥.iij. Singula diligenter trita infun dantur cum ſeqventibus

℞. Vini Malvatici ℥. ix.
Aq. Borraginis ℔. j. Aq. Roſarum ℥. j. ß.
Aq. Meliſſæ ℥.iij. Per tres horas juxta fornacē relicta, tandem ſæpius per ſaccum philtri colatio fiat.

VENTRICULUM.

Abſinthites.

℞ Abſinthium vulgare recens vel aridum indeterminati ponderis, in doliolum mundum conjicito, Muſtum affundito, & ita fermentando ad hyemem ſeponito. Sunt, qvi qvovis anni ſtatu, neceſſitate ſic ferente, Abſinthium linteolo deligatum in vino veteri ad horas aliqvot ſuſpendant. Nonnulli alias herbas & arωmata miſcent.

¶ Evacuat hoc flatus & ſtercora, bilem flavam atq; pituitam ſeorſim educit.

Ceraſiorum nigrorum.

℞ Ceraſior. nigror. acidorum ℔ iij.
Vini ℔.xii. Ceraſia avulſis pediculis tuſa ſacculo excipiuntur, & in vas undiq; operculatum ad integrum annum ſimul concluduntur.

Hippocraticum.

℞ Cinnamomi el. ℥.j. Galangæ ʒ.iij.
Zingib. ʒ.j. Garyophyllor. ℈.ij.

Nucis

Nucis moſchatæ ℈.j. Sacchari ℔.j.
Vini menſ.j. Miſce. confice ſ.a.

Claretum.

℞ Vini albi opt. ℔. iiij. Sacchari albi ℥. iiij.
Cinnamomi ℥.j. Coriandri præparati ʒ.iij.
Garyophyll. ʒ.j. Granor. Paradyſi, Zingib. albi ana ʒ.j.
Piperis longi ℈.ij. Zedoariæ ʒ.ß.
Omnia trita ſubtiliſsimè & colata reſerventur in vaſe ſtanneo.

Nectar optimum.

℞ Ariſtol. rotundæ, Cinnamomi ana ℥ j.
Zingiberis ℥.ß.
Galangæ, Granor. Paradyſi, Garyophyll.
Cubebarum, Macis, Nucis moſch. ana ʒ.ij.
Piperis longi ʒ.iij. Spicæ Indicæ ℈.j.
Croci ℈ ß. Sacchari ℔ j. Vini Lotum.
Poteris & addere ſi velis Agallochi Gr. ij.
Moſchi Gr. j.

HEPAR.

Chamædrytes.

¶ Præclarus hujus eſt uſus in obſtructionibus viſcerũ & Lienis affectibus. In iis præſertim, qvi faſtidio obnoxii alias medicationes in memoratis morbis non ferunt.

SPLENEM.

Chamædrytes.
Tamaricis.

RENES ET VESICAM.

de Alkekengi.
Salviatum.

VINA

VINA ADSTRINGUNT.

Acetum Rosarum.

℞ Rosarum siccarum ℔.j.
Aceti fortissimi ℔.xx. vel secundùm alios
Sextarios Vini viij. h. e. ℔.xij. Flores ad tres menses demergito, postea colatum reponitur.

Vinum Cydonites.

Mâla Cydonia exemtis seminibus frustatim Rapi modo scindantur, & 12. minarum pondo in Musti metretam, 30. diebus macerentur: postea defæcatum reponatur.

Vinum Rosaceum, aliàs Rhodites.

℞ Rosarum siccar. tusarum ℔.j.
Musti ℔.vij. sine fervere ad subsidentiam.
Constantinus Croci, Anisi & Mellis partem invicem committit.

è Punicis

è Prunis syl.

Myrthites.

Oenanthinum.

Fit ex siccis florib. vitis syl.

RESISTUNT VENENIS.

Claretum.

℞ Vini optimi Mens. j. Angelicæ ℥. ß.
Boli Armeni ʒ.j. Nucis moschatæ ʒ.ij.
Galangæ. Pip. longi, Coriandri ana ʒ. ß.
Zingiberis ʒ.j. ß. Cinnamomi ʒ.vj.
Zacchari ℔.ß. Misce fiat Claretum.

Zedoarticum.

℞ Cinnamomi ʒ.j. Garyophyllorum,

Nucis

Nucis Moschatæ, Granor. Paradysi,
Cardomomi ana ʒ.j. Zedoariæ ʒ.ij.
Galangæ ℈. ij. Cubebarũ, Piperis longi ana ℈.ij.
Contunde crassiusculè. Misce pro sacculo.

PURGANT.

Pituitam.

Vinum Scillinum.

℞ Scillæ ℔.j. incidatur in laminas & refrigeretur in umbra per 10. dies: postea in vitreum vas mittatur, & vini albi veteris sextar. xij. superfundátur. Vas per 40. dies suspensum habeatur, postea scilla exéta abjiciatur, vinum ad usum reservetur.

¶ Maximus hujus vini usus est ad expurgandam Pituitam, & lentos crassosq; humores.

Acetum Scillinum.

℞ Scillæ minutim concisæ ℔.j.
Aceti acerrimi ℔.viij. Per 40. dies in vitreato vase angusti orificii, calori Solis exponito, qvibus transactis colatur & reponitur. Id genus aceti manè sorbeto. Vis ejus est mirabilis ad tuendam sanitatem.

BILEM FLAVAM.

Scammonites.

℞ Rad. Scammoneæ tritæ & linteo colligatę ʒ.v. in Musti congium ad dies 30. mittatur.

BILEM ATRAM.

E Veratro nigro.

℞ Veratri nigri ʒ.xx. junci odor. ℥. xij.
Spicæ Syriacæ ℥.xiij. Cribratis & linteolo ligatis in septem sextariis vini diebus 40. macerentur.

SEROSOS HUMORES.

Vinum Ebulatum è fructu.

è *Thymelæa*, ex foliis & fructu.

è *Chamelæa*, ex foliis.

MIXTOS HUMORES.

Hippocraticum laxativum.

℞ Esulæ ℔. j. Epithymi ʒ. vj.
Polypodii, Cinnamomi, Passularum ana ℥. ß.
Masticis, Zingiberis, Zedoariæ,
Garyophyllorum ana ℥. j. Sacchari q. s.

Vinum purgans nostrum.

℞ Absinthii M. j. Centaurii, Cardui benedicti,
Qvinqvefolii ana M. ß. Gentianæ ʒ. j. ß.
Senæ ℥. ij. Rhabarbari ʒ. vj.
Agarici ℥. ß. Mechoacæ ℥. j.
Spicæ Nardi ʒ. j. Zingiberis ʒ. ß.

Incisa omnia in sacculo linteo ponantur superinfundendo vini albi boni Mens. j.

¶ Vires his præcipuæ hyeme, ad crassos lentosq; humores, ad morbos frigidos ac diuturnos, qvi sine febre fatigant; ad qvæ qvovis sunt syrupo vel medicato liqvore præstantiora.

Caput IV.

DE EMULSIONIBUS.

Ex fructibus & qvibusdam seminibus mundatis contusisq; elicitur Emulsio, qvæ, qvòd succi nimium fundant & ne attritu pingvescant, inter conterēdum liqvore aspergantur, qvi dein simplicium viribus perfusus colatur & exprimitur. Servantur in vasis vitreis.

Lac-

Lac Amygdalar. dulcium.

℞ Amygdal.dulc.à corticib.purgat.℔.ß.

Contundantur in mortario lapideo optimè; dein diluantur cum aqvę Hordei Mens. j. & per pannum linteum exprimantur.

Sic etiã fit ex Sem.Papaveris ad conciliandũ somnũ.

Emuls.ad Renum & Vesicæ affectus.

℞ Amygdal.dulc.excortice.℥.ij.
Qvatuor sem.frigid.major.mundat:
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrullorum
Melonum ana ʒ.j.

Terantur omnia pariter in mortario, affusa sensim ℔.j. aqvæ coctæ, jam refrixæ, aut aq decoct. Hordei, vel Glycyrrhizæ. Exprimantur per pannum lineum.

¶ Vtimur Emulsionibus ad refrigerandum, somnũ inducendum, ad Renum ardores extingvendos, & ad leniendam urinæ acrimoniam. Ad Pectoris qvoq; & Pulmonum vitia cõteruntur Pinei nuclei, Pistacia aut Strobili: nonnunqvam & Syrupus aliqvis additur leniens & refrigerans.

Caput V.

DE APOZEMATIBUS, SIVE *Decoctis.*

Ἀπόζεμα Gal. ἀφέψημα, qvasi fervefactum, seu elixatum, est decoctio ex foliis, floribus, radicibus, fructib: seminibus, lignis, & corticibus, leniter facta ad humorũ concoctionem sive præparationem; interdum ad evacuationem, nonnunqvam ad utrumq;. Miscētur autem

tali proportione, ut Radices non excedant ℥iiij. vel v.

Folia M.v.
Semina ʒ.v. vel vj.
Flores P.iiij. vel v.
Fructus ℥.iij.
Aqvæ vel Vini Menſ. ℔.iiij.

Decoqvuntur omnia in olla vitreata ad medietatẽ, vel ad tertiæ partis cõſumtionem, poſteà colantur, adjecto qvandoq; ſaporis gratiâ Melle aut Saccharo. Sed cùm fit, ℔.j. decocti Sacchari vel Mellis ℔. ß. ſuffunditur. Qvandoqve & arωmatis condiuntur & acuuntur, ℔.j. decocti, arωmatum ʒ.ij. adjectis. Inſtituuntur autem Decocta ferè ad tres vel qvatuor doſes. Vix enim per dies aliqvot aſſervãtur. Solent etiam pro qvalibet doſi decocti admiſcere Medici, Syrupi convenientis ℥. j. A Syrupis ſola coctione differunt: unde & Syrupi longi à qvibuſdam Medicis nuncupantur.

DECOCTA ALTERANTIA.

Aqva Hordei.

℞ Hordei integri mundati bene M.ij.
Aqvæ fontanæ ℔.viij. Bulliant uſqve ad Hordei crepaturam. In fine adde
Liqviritiæ raſæ ℥.j.

Alij addunt Pruna & Fœniculum. Bulliant unico fervore.

¶ Mitigat ſitim, aſperitatemq; lenit, nec non inflammationem extingvit.

Decoctum commune ſeu communis Medicinæ.

℞ Hordei mund. P.j. Prunorum Paria vj.
Paſſularũ, Glycyrrhizæ ana ℥.ß.

Aniſi,

Anisi, Fœniculi ana ʒ.ij.
Florum cordialium ana P. j.
Aqvę fontanæ ℔.ij. Bulliant in hac ad dimidias.
Colato utere.

Decoctio florum & fructuum.

℞ Caricarum nº.v.
Prunorum Damascen. nº.xv.
Tamarindorum ℥.j.
Florum Rosarum, Violarum,
Borraginis, Buglossæ ana ʒ.ij.
Capillorum Veneris, Lupulorum,
Endiviæ ana M.ß.
Glycyrrhizæ ʒ.ij. Incisis & contusis coqvantur,
ad medietatis consumtionem. Coletur.

Decoctum magistrale.

℞ Glycyrrhizæ repurg. Violarum,
Foliorum Senæ, Polypodii, Epithymi,
Cartami, Anisi, Dauci,
Cinnamomi ana ʒ.ij.
Prunorum nº.xij. Sebesten nº.x.
Passarum ℥.j. Coq. in aqvæ com. ℔.j. ad medias.
Cola & utere.

Decoctum refrigerans.

℞ Prunorum nº.xij. Hordei ℥.j.
Tamarindorum, Passarum ana ℥.ß.
Sem. communiũ major. Violarum ana ʒ.ij.
Coqve in ℔.ij. Aqvæ ad medietatem.

Decoctum alterans bilem.

℞ Cichorii, Endiviæ, Cuscutæ,
Adianthi ana M.ß.
Rad. Acetosæ, Graminis ana ℥.ß.
Qvatuor sem. frig. major. mund. ana ʒ.j.

Trium florum cordialium ana. P. j.
Fiat decoctio in s. q. aqvæ ad ℔. ß. In colatura dissolve Syr. violarum vel Acetosi, vel Syr. de Limonibus, vel Sacchari albiss. ℥. iij. Fiat apozema. Clarificetur & aromatizetur cum ℈. ij. vel ʒ. j. Cinnamom. el.

Decoctum alterans Pituitam.

℞ Thymi, Cassuthæ, Hyssopi ana ℥. ß.
Rad. Apii, Fœniculi ana ʒ. vj.
Sem. Anisi, Dauci ana ʒ. j.
Passular. enucleat. ℥. ij. Glycyrrhizæ ʒ. j.

Coq. in aq. ℔. j. ß. ad dimidias. In colatura Zingib. minutim incisi maceretur ℥. ß. Adde Mellis q. s. fiat potio pro qvinq; matutinis.

Decoctum alterans Melancholiam.

℞ Fumariæ, Lupuli, Endiviæ ana M. ß.
Rad. Cichorii, Polypodii qvercini ana ℥. ij.
Sem. Anisi, Fœniculi ana ʒ. ij.
Passularum enucleatar. contus. ℥. j.
Glycyrrhizæ ʒ. ij. Corticum Tamaricis, Cappar. ana ℥. ß. Fiat coctio s. a.

Colaturæ adde Sacchari q. s. pro 4. dosibus.

Decoctum calefaciens Caput.

℞ Stœchados, Betonicę, Salviæ ana M. ß.
Rad. Peoniæ ʒ. ij. Passularum ʒ. j.
Glycyrrhizæ, Anisi, Dauci ana ʒ. j.
Nucis Moschatæ ʒ. ß. Coq. s. a. Si mitigare volueris adde Hordei purg. ℥. j.
Tamarind. ℥. ß.
Qvatuor sem. com. major ana ʒ. ij. Misce.

Decoctum Pectorale.

℞ Hyssopi sicci ʒ. ij. Adianthi albi M. ß.

Ficuum,

Ficuum, Palmularum nº. vj.
Myxarior. Ziziphorum ana nº. xv.
Vvarum passarum ℥.j. Hordei mundi ℥.j.
Glycyrrhizæ rasæ ana ʒ.iij. In aq. fontana q.s. coqvantur.

Vel sic.

℞ Hordei integri P.j.
Caricarum pingvium, Sebesten vel jujubarum ana P.vj. Dactylos nº vj.
Passularum, Glycyrrhizę ana ℥.ß.
Hyssopi M.ß. Capillorum Veneris M.j.
Bulliant in libris duabus aqvæ pluviæ ad dimidias.

Decoctum Gvajaci.

℞ Ligni Gvajaci opt. incisi ℔. j.
Aq. fontanæ ℔.12. Infundatur lignum in aq. calida ad horas 24. in vase figulino vitreato obturato: dein coqvatur ad ℔. viij. consumtionem. Coletur & servetur.

DECOCTA PRAEPARANTIA, ET

Purgantia simul.

Bilem flavam.

℞ Rad. Cichorii ℥.ij. Folior. Endiviæ, Sonchi ana M.ß Flor. Cichorii P. ij.
Sem. Endiviæ, Scariolæ, Lactucæ ana ʒ.iij.
Passularum ℥. ß. Coqvantur in s. q. aqvæ ad tertias. In ℥.iiij. colaturæ, infunde Rhab. ʒ.iij.
Spicę Indicæ ℈. iij. Relinqvantur per noctem. Mane coletur & exprimatur fortiter, Cui adde
Diaprunis laxat. ℥.j.
Syr. de Cichorio cum Rhab. ℥.j. Misce, fiat

potio pro duabus dosibus.

Pituitam.

℞. Rad. Fœniculi, Petroselini ana ℥. ß.
Fol. Menthæ M. ij.
Flor. Rosmarini, Borraginis, Buglos. ana P. j.
Sem. Fœniculi, Anisi ana ʒ. j. Agarici ℥. ß.
Zingiberis ʒ. j. Coq. s. a. Fiat potio pro duabus dosibus. Cui adde Diaphœniconis ℥. ß.
Syrupi de Mentha ℥. ij.

Melancholiam.

℞. Rad. Buglossi, Polypodii qvercini ana ʒ. iij.
Fol. Thymi, Scolopendriæ, Ceterach,
Cuscutæ, Tamaricis, Epithymi ana M. j.
Cortic. Tamaricis, Cappar. ana ʒ. j.
Sem. Anisi ℥. ij. Senæ orient. ℥. j. ß.
Zingib. ʒ. ij. Fiat decoctio s. a. pro duabus dosibus. Colaturæ addantur
Confect. Hamech ℥. ß.
Syr. de Epithymo ℥. j. ß. Misce.

Humores mixtos.

℞. Rad. Fœniculi, Cichorii ana ℥. j.
Betonicæ, Capillorum Veneris ana M. j.
Flor. Borraginis, Buglossæ, Violarum ana. P. j.
Sem. Anisi, Fœniculi ana ℈. ij.
Prunor. Damascenor. n°. vj. Passularum ʒ. vj.
Glycyrrhizæ ʒ. j. Senæ orientalis ℥. j. ß.
Rhabarbari el. ℥. ß. Agarici optimi ʒ. ij.
Spicæ Indicę ʒ. j Salis gemmæ ℈. ij.
Zingiberis ʒ. ij. Conqvantur s. a. & fiat potio pro tribus dosibus. Cui addantur
Mannæ calabrinæ,

Syru-

Syrupi Rosat.laxat.ana ℥. j ß.

Aq. Cinnamomi ℥. j. utatur tribus matutinis.

Assumuntur Apozemata diluculo appetéte, pódere trium aut qvatuor aut qvinq; unciarũ, prius calefacta.

¶ Destinantur maximè in humorum attenuationem atq; detersionem, in corporis præparationem, & in reliqviarum expulsionem, nec nec non ad purgationem.

Caput VI.

DE VOMITIVIS.

Vomitiva dantur ferè in potionibus. Miscentur autẽ pulveres medicamentorum vomitivorum. Dosis ʒ. j. vel ʒ. j. ß. secundùm efficaciam cum ℥. iij. aq. destillat. aut decocti alicujus, additis syrupis vomitivis in dosi ℥. j. vel ℥. j. ß. Aliqvando etiam sine pulveribus cum aliqvibus aqvis, decoctionibus & syrupis conficiendo ex illis velut julep: Aliqvando tantùm decocto aut alio liqvore citra Syruporum commistionem.

Sine pulvere & syrupo.

℞ decoct. Hordei ℥. iij.
Aceti ℥. j.
Olei ℥. ß. Misce fiat potio: detur tepida post cibũ vel à cibo.

Cum Syrupo.

℞ Syrup. Acetosi simpl. ℥. j. ß.
Decoct. Hordei & sem. Atriplicis ℥. iij. Misce fiat potio.

Cum pulvere & decocto.

℞ Radic. Raphani, sem. Altheæ ana ʒ. ij.
Fol. Lauri ʒ. iij. Hordei P. ß.

Bulliant in ℔. ß. aqvæ, ad tertiæ partis consum-

tionem. Colaturæ misce

Pulv. sem. Raphani,

Atriplicis ana ʒ. ß.

Oxymellis Scillitici ʒ. j.

Aceti comm. ℥. ß. Misc. fiat vomitorium.

N. In ciendo vomitu magno studio Medico considerandum est, qvi ad vomendum faciles, qvi difficiles sunt. Qvi enim non nisi difficulter vomũt, ad vomitionem neqvaqvam cogendi sunt, sed per inferiora potiùs purgandi.

¶ Vsus Vomitivorum est, ut nõ bilem modò & pituitã ventriculum molestantem educant: sed etiam efficiant, ne ille malis ac vitiosis humoribus, qvi multorum malorum & morborum dein solent esse causa, impleatur.

Caput VII.

DE SYRUPIS.

Syrupus est medicamentum cum Melle vel Saccharo ad crassam Mellis consistentiam coctum. Dicuntur autem Συρῦποι, vel qvasi οἱ ἀπὸ τῆς Συρίας ὄποι; qvòd ex Syria primùm delati credantur: vel ὡς συροῦντες ὄποι; qvanqvam pauci vi trahendi præditi sint. Actuarius voce depravata Σιράπια ἀπὸ τῶν σιραπίων, Nicolaus Ἀρόσατα nominat. Syruporum alii sunt Vsuales, alii Magistrales.

DE SYRUPIS USUALIBUS.

Fiunt hi, sicuti Apozemata è stirpium succis, vel ex earum coctarum jure, in qvod adhuc tepidum pro libris ternis singula ovorũ candida injicies, diuq; scopulis

pulis agitabis, dum sordes omnis spumæ adhærescat. Dein in idipsum Mellis Saccharive par pódus dissolve (Qvidam ad ℔.iij. Sacchari vel Mellis ℔.j. addunt) & rursum coqve dum fervendo sepositaqve spumæ portiõe, sub hac detectus humor clarus appareat. Tùm denuo coletur & leviter exprimatur, reddaturq; igni lento dum percoctus sit in Syrupi consistentiam, & in singulis libris binæ duntaxat liqvoris unciæ supersint, ac dum extracta guttula ac refrigerata non amplius perfluat & diluti Mellis crassitudine indurescat. Arωmatizantur Zingibere, Croco, Cinnamomo, Mace, Gallia moschata, Ligno Aloes & similibus.

SYRUPI CONCOQVENTES PITUITAM.

Syrupus è Betonica.

℞ Succi Betonicæ crudi ℔. iij.
Sachari opt. ℔.ij. Coqvantur simul & despumẽtur, qvoad syrupi consistentiam acqvirant.

¶ Confortat caput, & digerit in ipso materiam Phlegmaticam.

Hydromel.

℞ Mellis opt. ℔. j.
Aqvæ fontanæ dulcis & claræ ℔. viij,
Incoqvatur ad qvartas, dein per pannum densum colatur.

Syr. è Stœchade.

℞ Flor. Stœchados ℥.iij, ʒ.vj.
Thymi, Calamenthi, Origani ana ℥.j, ʒ.ij.
Anisi, Pyrethri ana ʒ. vij.
Piperis longi ʒ.iij. Zingiberis ʒ.ij.
Passularum enucleatarum ℥. iiij.

Aqvæ

Aqvæ ℔. vij. aut viij. Coqvantur lento igni. Colato juri addantur Mellis ℔. v. fiat Syr.

¶ Cerebri atqve nervorum affectibus frigidis, ut Paralysi Epilepsiæ, Convulsioni, Tremori & Destillationi è capite qvovis procumbenti mirè conducit.

Syrupus de Bizantiis, sive Dinarii simplex & compositus.

℞ Succi Endiviæ, Apii,
Lupuli, Buglossi dom. ana ℔. j.
Bulliant semel & despumando depurentur.
Dein
℞ Hujus succi depurati ℔. iiij. Cui incoqve.
Rosarum ℥. ij. Glycyrrhizæ ℥. ß.
Sem. Anisi, Fœniculi, Apii ana ʒ. iij.
Spicæ Nardi ʒ. ij. Colaturæ adde
Aceti ℔. ij. Sacchari tabarzeth ℔. ij. ß.
Coqvantur in syrupum.

¶ Humores lentos & crassos incîdit atq; extenuat, obstructiones aufert, morboq; regio succurrit.

Syr. de Capillis Veneris.

℞ Capillor. Veneris ℥. v. [Alii ℔. j.]
Glycyrrhizæ ℥. ij.
Aqvæ fontanæ ℔. iiij. Macerentur 12. horis super calidos cineres, & tandem levissimè cocta ad dimidias, exprimantur. Colaturæ adde
Aq. Capill. Veneris,
Sacchari albissimi ana ℥. viij. fiat syr.

Fernelius sic habet.

℞ Adianthi albi M. iij.
Adianthi nigri, Adianthi simplicis,
Saxifragiæ, Betonicæ, Pimpinellæ,
Asplenii ana. M. ij. Aqvę ℔. viij.

Coqvan-

Coqvantur ad trium consumtionē. In colatura solve
Sacchari albi ℔.iiij.
Mellis opt. expurg. ℔. ß.f. Syr.

¶ Moderato calore omnes æqvabiliter humores qvacunqvè corporis parte leviter incidit atqve deterget, cuivis incipienti morbo, & cuivis naturæ familiaris.

Syr. de Glycyrrhiza Mes.

℞ Glycyrrhizæ rasæ, ℥.ij. Capill. Ven. ℥. j.
Hyssopi sicci ℥. ß. Infunde per horas 24. in aq. ℔. iiij. Postea coqve ad dimidias: Adde
Adde Mel. optimi, Sacchari, Penidiarū ana ℥. viij.
Aqvæ rosaceæ [putà infus. Rosarum, non stillaticiæ] ℥.vj. Misce, Fiat Syrupus.

¶ Thoracem & Pulmonem expurgat, ideoq; diuturnæ tussi & Pleuritidi auxiliatur.

Syr. de Hyssopo Mes.

℞ Hyssopi mediocriter sicci,
Radic. Apii, Fœniculi [his addunt qvidam Petroselini] Glycyrrhizæ ana ʒ. iij. Cord. ana ʒ. x.
Hordei mundati ℥. ß.
Sem. Malvæ, Cydoniorum,
Tragacanthi ana ʒ. iij.
Capillor. Veneris ʒ.vj.
Jujubarum, Sebesten ana n°.xxx.
Passular. enucleat. ℥. j. ß,
Ficuum siccarum, Dactyl. pingvium ana Par. v.
Aqvæ ℔. viij. Decoqvantur in hac ad librarum qvinq; consumtionem. Colaturæ adde Penidiarum ℔. ij. Fiat Syrupus.

¶ Ad vitia Thoracis & Pulmonis efficax est, humo

resq;

resq; excreatu difficiles extenuat & educit.

Syr. de jujubis Mes.

℞ Jujubarum nº lx.
Violarum, Sem. Malvæ ana ʒ. v.
Hordei mundati, Glycyrrhizæ,
Capilli Veneris ana ℥. j.
Sem. Cydoniorum, Papaveris albi,
Melonum, Lactucæ,
Gummi Tragacanthi ana ʒ. iij.
Coqve in ℔. iiij. aq. fontis & cum lib. ij. Sacchari clarificati, fiat Syrupus

¶ Confert Raucitati, Tussi & Pleuritidi.

Syr. de Prassio.

℞ Prassii [putà Marrubium album] viridis ℥. ij.
Glycyrrhizæ ℥. j.
Hyssopi, Capillorum Veneris ana ʒ. vj.
Rad. Apii, Folior. Calamenthi,
Sem. Anisi, Fœniculi ana ʒ. v.
Malvæ, Fœnugræci, Rad. Ireos ana ʒ. iij.
Sem. Lini, Bombacis [Alii Cydoniorũ] ana ʒ. ij.
Passular. enucleat. ℥. ij. Caricar. ping. nº xv.
Aq. pluviæ ℔. viij. vel ix.
Penidiarum [vel potius Sapæ] ℔. ij.
Mellis despumati ℔. j. Fiat Syrupus.

¶ Vitiis Thoracis & Pulmonis diuturnis & à frigido tenaciq; humore excitatis atq; eradicatu difficilibus succurrit: hinc Senibus & Asthmaticis plurimùm conducit.

Oxymel simplex.

℞ Mellis opt. ℔. ij.
Aqvæ ℔. iiij.
Aceti boni ℔. j. Bulliant unà simul, despumentur,

&

& ad consistentiam coqvantur.

¶ Humores crassos, lentos ac pituitosos incidit, tenuat & abstergit, atq; adeò obstructiones aufert, sputum educit, spiritúmq; faciliorem reddit.

Oxymel compos.

℞ Cort. rad. Apii, Fœniculi, Petroselini, Rusci, Asparagi ana ℥. ij.
Sem. Apii, Fœniculi ana ℥. j.
Aq. ℔. x. Aceti ℔. j. Coqvantur ad dimidias, & cum Mellis suff. qvantitate fiat Syrupus.

¶ Humores crassos, lentos ac pituitosos incîdit, extenuat, abstergit: obstructiones tollit jecinoris, Lienis ac Renum, urinam movet, sudoremq; evocat.

Oxymel Scilliticum.

℞ Mellis despumati ℔. iij.
Aceti Scillitici ℔ ij. Despumando coqvantur ad perfectionem.

¶ Humores crassos, lentos & avulsu contumaces separat; ob id confert ventriculi & aliorum viscerum affectibus; ructum acidum sanat, & vesicæ mollificationem seu urinæ incontinentiam.

Syr. de Absinthio Mes.

℞ Absinthii Romani ℔. ß.
Rosarum rubrarum ℥. ij.
Spicæ Indicæ ʒ. iij.
Vini albi, antiqvi, boni, odoriferi (qvale Muscatellinum.)
Succi Cydoniorum ana ℔. ij. ß. Macerentur ad horas 24. in vase lapideo: pòst coqvantur ad dimidias, & cum Mellis vel Sacchari ℔. ij. fiat Syrupus.

Ventri-

¶ Ventriculum roborat & jecur aliaq; organa nutritionis, appetentiáqve excitat, contra regium morbum prodest, flatus discutit, humoresq; per urinam pellit.

Syr. de Calamintha Mes.

℞ Calaminthæ dom. & syl. ana ℥.ij.
Ligustici, Dauci, Schœnanthi ana ʒ.v.
Passular. enucleatarum ℔.ß.
Mellis despumati ℔.ij. Fiat syr. s.a.

¶ Confert Lienosis & his qvi frigida viscera habent & Asthmate laborant, præsertim in senibus & antiqvas tusses habentibus. Si qvis enim vel Pectus, vel Ventriculum, vel intestina crassa, tenaci & irresolubili materiâ plena habeat, hoc syrupo sanatur.

Mel Rosarum.

℞ Succi Rosar. recent. ℔.j.
Mellis albiss. & puriss. despumati ℔.x.

Coqvantur in lebete, ubi fervere incipient, adde Rosarum virid. exungvatar. ℔.iiij. Coqvantur ad succi consumtionem continenter movendo· transfusa & reserva ad usum.

¶ Stomachum confortat & mundificat, digerit materiam phlegmaticam in Ventriculo & Mesaraicis contentam.

Syr. de Mentha.

℞ Succi Cydoniorum medior. & dulc.
Granator. acidorum dul. & med. an. ℔.j.ß.

In his macerentur per horas 24.
Menthæ aridæ ℔.j. ß. Rosarum. ℥.2.

Coqvantur ad dimidias, & addendo Mellis vel Sacchari. ℔ ij. fiat Syr. aromatizetur cum Gallia moschata.

¶ Ventri-

¶ Ventriculum frigidum roborat;ob id nauſeam, vomitum,ſingultum, fluorem alvi ſedat.

Syr. e Duabus Radicibus.

℞ Rad. Apii,Fœniculi ana ℥.ij.aut iij.
Sem.Aniſi,Fœniculi,Apii, ana ℥.j.
Sem.Intybi vel Scariolæ ℥.ß.
Aqvæ fontanæ ℔.x. Coqvantur ad conſumtionem dimidiæ partis. Colaturæ adde Sacchari ℔.iij. & reducantur ad Syrupi conſiſtentiam.

¶ Viſcera obſtructione laborantia liberat.

Syr. de Eupatorio Meſ.

℞ Eupatorii Meſ. [Ageratum Dioſc.intellige.]
Rad.Apii,Fœniculi,Endiviæ ana ℥.ij.
[Alii Eupatorii ſumunt ℥.ß.]
Glycyrrhizæ,Schœnanthos,
Abſinthii,Roſarum ana ʒ.vj.
Bedeguar [Spinæ albæ]
Suchaha [joubert.Rad. Nympheæ,Aliis Spinæ Arabicæ.]
Capillorum Veneris,Flor. aut Rad. Bugloſſi,
Sem.Aniſi, Fœniculi ana ʒ.v.
Rhaved [Rhabarbari] Maſtiches ana ʒ.iij.
Spicæ Nardi,Aſari,Folii ana ʒ.ij.
Aqvæ q.ſ. Coqvātur ad tertias, Colaturæ adde Sacchari ℔.iiij.
Succi Apii,
Endiviæ ana ℔.ij. Fiat Syr.

¶ Frigidis jecinoris vitiis,ac ejuſdem obſtructionibus, aqvæ inter cutem, maloq; corporis habitui ſuccurrit. Humores enim craſſos extenuat, roburq; jecori addit. Vrinas movet & Hypochōdriorū tenſionē demolitur.

Syr. è Qvinqve Radicibus.

℞ Radic. Qvinqve, Apii, Fœniculi seu Graminis,
Petroselini, Rusci, Asparagi ana ℥.iiij.
Coq. in s. q. aqvæ, addendo Sacch. ℔. iiij. Fiat
Syrupus.

¶ Confert Febribus pituitosis & biliosis, iisq; incipientibus.

Syr. de Arthemisia Matth. de Gradibus.

℞ Arthemisiæ M.ij.
Pulegii, Calamenthi, Origani,
Melissæ, Radic. Dictamni vulg. [Cord. Cretici.]
Persicariæ [non maculosæ] Sabinæ,
Sampsuchi, Fol. Helenii, Chamædryos,
Hyperici, Comarum Matricariæ,
Chamæpityos, Centaurei minoris,
Rutę, Betonicę, Anchusæ majoris [Aliis Buglos.]
Rad. Fœniculi, Apii, Petroselini,
Asparagi, Rusci, Pimpinellæ [Saxifragiæ.]
Enulæ campanæ, Cyperi, Rubiæ tinctorum,
Ireos, Peonię ana M. j.
Baccarum juniperi, Sem. Levistici,
Sem. Petroselini, Apii, Anisi, Nigellæ,
Carpobalsami, Costi,
Rad. Asari, Pyrethri, Cassię ligneę,
Cardamomi, Calami aromatici,
Rad. Valerianæ ana ℥.ß.

Conqvassata & trita infundantur in s. q. aqvę per horas 24. postea coqvantur ad dimidias. Aufer igni, dimitte donec tepuerit, fricentur manibus & colentur. Colaturæ adde Mellis & Sacchari q.s. & fiat Syr. qvi aromatizetur Cinnamomo & Spica.

¶ Mede-

¶ Medetur paſsionibus Matricis, & retinet eam in proprio loco; reſolvit frigiditates, ventoſitates & dolores: corroborat nervos, aperit poros, ſangvinem corrigit, Menſtruis imperat & provocat.

BILIOSOS HUMORES.

Syr. de Nymphea ſimp.

℞ Flor. Nympheæ ℔. ij.
Aqvæ fontanæ ℔. v. coqvantur modicè:
Colaturæ adde Sacchari ℔. iij. ß. Coq. in Syrup.

Syr. de Nymphea compos.

℞ Flor. Nympheæ albæ,
Qvatuor ſem. frigid. major. { Melonum, Cucurbitæ, Cucumeris, Citrulli } ana ℥. ij.
Flor. Nympheæ luteæ, Sem. Pſillii integri,
Rad. & ſem. Acetoſæ ana ℥. j.
Qvat. ſem. frigid. minor. { Lactucæ, Portulacæ, Endiviæ, Scariolæ. } ana ℥. ß.
Bulliant in aq. hordei perfectè cocti. Col. adde
Succi Granatorum,
Aceti vini albi ana ℥. j.
Sacchari ℔. j. Coqve ad conſiſt. Syrupi.

¶ Bilis flavæ fervorem extingvit, ideoq; mirificè in ardentibus, aliisq; acutis febribus auxiliatur, ſomnũ qvoqve conciliat.

Syr. de Papavere Meſ.

℞ Capitum Papav. albi & nigri cum ſeminibus ana ℥. vij. ß.

Macerentur in ℔.iiij. aq.pluviæ per horas 24:postea bulliant ad consumt. ℔. j.ß.

Colatura condiatur Sacchari & Penidiarum ana ℔. ß. Fiat Syrupus.

¶ Valet ad Catarrhum & Tussim, causam insomniæ.

Syr.Rosarum.

℞ Infusionis Rosarum siccar.℔.j.ß.
Sacchari ana ℔.j. Coqve & fiat Syrupus.

¶ Sedat sitim, confortat Ventriculum relaxatum & Hepar supercalefactum & Cor: resistit putredini, pestilentiæ & venenositati.

Syr.Granator.dulcium.

℞ Succi Granator.dulcium ℔.v.
Sacchari ℔.iiij.Coqvátur ad consistentiá Syrupi.

¶ Sitim, Tussim & Pleuritidem juvat.

Syr. Violarum simp.

℞ Infusionis Violarum bis térve repetitæ ℔. iiij.
Sacchari qvassati albi tantũdem, vel paulò plus.
Fiat Syr. ex arte.

¶ Febribus acutis, jecinoris & Cordis caloribus, asperitati gutturis, morbo laterali, tussiq; aridæ succurrit, sitim restingvit, alvumqve emollit.

Syr.Violarum compos. Mes.

℞ Violarum ℥. ij.
Sem.Cydoniorum, Malvæ ana ℥.j.
Jujubarum, Sebesten ana n°. xx. aut xxx.
Aq.Cucurbitæ ℔. vij. Coq. ad tertias:
Dein cum Sacchari ℔. ij. fiat Syrupus.

¶ Prodest Pleuritidi & Tussi à causa calida.

Syr. Acetosæ.

℞ Succi Acetosæ [Oxalidis] ℔. iij.

Sac-

Sacchari ℔. ij. Coq. ad Syrupum.

¶ Sitim mirificè restingvit, vomitum, & alvi profluviũ sistit, febribus biliosis succurrit; Ventriculum firmat, venenisqve adversatur.

Syr. Acetositatis Arancior. acidor. & Syr. Acetositatis Citri.

℞ Succi Malorum Citrior. acid. vel
Aranciorum acidorum ℔. xij.
Coq. super prunas ad tertias.
Colaturæ claræ affunde julepi clari & depurati ℔. v. [putà Sacchari aq. dissoluti] donec inspissetur.

¶ Aestum ac fervorem Bilis flavæ, febriúmqve ardentium & pestilentialium mitigant, sitim restingvunt, vomitum sistunt & ventriculum roborant.

Syr. Acetosus compos.

℞ Rad. Apii, Fœniculi, Intybi ana ℥. iij.
Sem. Apii, Fœniculi, Anisi, ana ℥. j.
Sem. Intybi ℥. ß. Aq. fontanæ ℔. x.
Coqvantur ad dimidias. Expresso adde
Sacchari ℔. iij. Clarificetur: dein addãtur Aceti ℔. iij. ß. Fiat s. a. Syr.

¶ Bilem crassam & avulsu difficilem ac pituitam incîdit, terget, obstructa Hepatis, Lienis, Renum aperit.

Syr. de Agresta.

℞ Omphacii coctione & residentia purg. ℔. vij.
Sacchari clarificati ℔. v.
Fiat syr. ex arte.

Syr. de Cichorio Nic. Flor.

℞ Hordei non excorticati,
Rad. Apii, Fœniculi, Asparagi, ana ℥. ij.
Cichorii, Dentis Leonis, Endiviæ,

Scariolæ, Cicerbitæ [Sonchi lævis] ana M. ij.
Lactucæ domest. sylvestris, Lichenis [Hepaticę]
Fumariæ, Lupulorum ana M. j.
Capillorum Veneris [Adianthi albi Qvib.]
Adianthi albi [Adianthi nigri Qvib.]
Ceterach, Polytrichi, Glycyrrhizæ,
Alkekengi, Sem. Cuscutæ ana ʒ. vj.
Aq. fontanæ ℔. xij. Coqvantur ad tertias.
In colatura dissolve Sacchari solidi ℔. vj.
fiat Syrupus. Adde singulis libris
Rhabarbari ℥. ß. [non tam laxandi, qvàm obstructa referandi & Hepar roborandi causa.]
Spicæ Nardi ℈. iiij. in nodulo ex panno lineo raro semel aut iterum bulliant, præmacerata calente decocto, & sæpius exprimantur.

¶ Confortat Cor & nutritiva, mundificat materias per urinam & secessum, & facit appetere cibum, ac inducit somnum.

Syr. Acetosus simpl. Mes.

℞ Sacchari solidi ℔. v.
Aq. fontis ℔. iiij.
Aceti albi clari ℔. ij. Coqvãtur ad prunas & lentum ignem semper despumando & clarificando, ad Syrupi consistentiam.

¶ Præparat omnes tum calidos tum frigidos humores, & qvodam robore attenuat, eorum putredinem coercet, bilis ardorem, febriumq; æstus & sitim lenit, obstructas vias expedit, altè in omnia penetrat, urinas sudoresq; à purgatione ciet.

MELANCHOLIAM.

Syr. de Lupulis.

Suc-

℞ Succi Lupul. depurati ℔. iij.
Succi Fumariæ residentià purgati ℔. ij.
Sacchari clarificati ℔. v. Fiat Syr. s. a.

¶ Refrigerat & collectionum impetus lenit, bilem regio morbo laborantibus detrahit, pituitam in aqva inter cutem exigit per alvum.

Syr. de Fumo terræ simpl.

℞ Succi Fumariæ ℔. iij.
Sacchari ℔. v. Fiat Syr.

Syr. de Fumo terræ compos. Mes.

℞ Myrobalanor. Citrinar.
Chebularum ana ℥. ij, ʒ. iiij.
Absinthii, Cuscutæ ana ℥. j.
Glycyrrhizæ, Rosarum ana ℥. ß.
Epithymi, Polypodii ana ʒ. vij.
Prunorum enucleator. [Qvibusdam centum]
Passular. enucleat. ana ℔. ß.
Tamarindorum, Pulpę Cassiæ fistulæ ana ℥. ij.

Coqvantur in aqvæ libris x. donec redeant ad iij. & addendo Succi Fumariæ cocti ac depurati,
Sacchari ana ℔. iij. Syr. conficitur.

¶ Roborat Ventriculum & Hepar, obstructiones aperit, Cutis morbos, præcipuè ab humore salso vel usto natos, ut Psoram, Lepram, Impetiginem, Serpiginem, curat.

Syr. de Borragine.

℞ Succi Borraginis depur. ℔. viij.
Flor. Borrag. recentis ℔. j. Fiat Syr.

¶ Cor ipsum roborat ejusq; tremorem & syncopen sanat, Maniacos & Melancholicos juvat.

Syr. de Buglossa.

℞ Succi de Buglossa depur. ℔. viij.
Sacchari ℔.iiij.Flor.Buglos. ℔. j. Fiat syr. s.a.

¶ Confortat Cor, lætitiamq; generat.

Syr. de Pomis Mes.

℞ Succi Pomor. dulc.
Pomor. acidorum ana ℔. v.

Cocti & despumati succi biduo residere permittantur, dum clarescant: tum colentur & cum Sacchari ℔. iij. fiat Syrupus.

¶ Cor imbecillum roborat, ob id Syncopen & Cordis tremorem sanat.

Syr. Saboris de Pomis.

℞ Succi pomorum redolentium ℔. iij.
Buglossi domestici
sylvestris ana ℔.ij.
Folliculorum Senæ ℥.iiij. Croci ʒ.ij.

Sacchari Tabarzeth ℔ iij.Sena contrita succis infundatur per diem naturalem : dein una aut altera ebullitione donatur:postremò colatura cum Saccharo in Syrupum cogitur.

Syr. de Epithymo Mes.

℞ Epithymi Cretensis ℥.ij, ʒ.iiij.
Myrobolan. citrin. & Indar.ana ℥.j,ʒ.vij.
Cuscutæ, Fumariæ ana ℥.j, ʒij.
Thymi,Calamenthi,Buglossi,
Myrobal. Emblic. Bellericarum,
Glycyrrhizæ, Polypodii, Agarici,
Stœchados, ana ʒ.vj.
Rosarum,Sem.Fœniculi,Anisi, ana ʒ.ij.ß.
Pruna n°. xx.

Passu-

Passularum purgat. ℥.iiij.
Tamarindor. ℥. ij. ß.

Aqvæ ℔.x. Coqvantur ad librarũ vij. consumt. Colaturam coqve rursus cum Sacchari clarificati ℔. iiij. & Sapæ ℔.ij. ad Syrupi consistentiam.

¶ Atram bilem & alios humores ustos vacuat; ob id morbos ex his nascentes, Elephantiam, Cancrum, ulcera maligna, fistulosa, psoram, lepram præservat, curatqve.

Syr. de Scolopendria.

℞ Scolopendriæ [putà Ceterach] M.ij.
Lingvæ cervinæ [qvę est Phyllitis] M.j.
Endiviæ, Cichorii, Hepaticæ,
Absinthii, Capillor. Veneris ana M.ß.
Cuscutæ ʒ.j. Qvatuor sem. frigid. major.
Flor. Borrag. Buglossi, ana P.j.
Rad. Fœniculi, Petroselini, Rusci ana ℥.j.

Coqvantur & cum Saccharo fiat Syrupus s. a. qvi aromatizetur pulvere seqventi

℞ Folii vel Macis, Spicæ Nardi,
Laccæ, Cassiæ ligneæ ana ʒ. ij.

Panno lineo inclusa bulliant semel in syrupo, in qvo deinceps eadem suspensa maneant.

Mel Mercurialis.

℞ Succi Mercurialis ℔. ij.
Mellis ℔. iij. vel iiij. Coqve ad cõsistentiã Syrupi.

SYRUPI ADSTRINGENTES.

Syr. de Cydonijs.

℞ Succi Cydoniorum acidodulcium ℔. xj. vel dulcium & acidorum ana ℔. v.

Coq. ad dimidias: sine ut dies duos resideat, &

cùm claruerit, colaturæ adde Sacchari ℔. iij .fiat Syr.

Vulgariter sic fit.

℞ Sacchari clarificati ℔.vj-
Succi Cydoniorum ℔.ij. ß. Fiat Syrupus.

Syr. Myrthinus simp. Mes.

℞ Succi clari baccarum Myrthi ℔. vij.
Sacchari clarificati ℔. v. Percoqvantur lento igne ad Syrupum.

Syr. Myrthinus compos. jouberti.

℞ Myrtillorum ℥.iij, ʒ.vj.
Berberis, Sumach, Balaustior, ana ℥.ij, ʒ.iiij.
Mespilorum, Sorborum ana ℥. iij.
Succi mâlorum granat. acid. vel mediorum, sylvestr. aut Cydonior. ana ℔. ij.
Sacchari ℔.v. fiat Syrupus. Aromatizetur
Santali citrini ℥.ß. aut
Cinnamomi crassi. ʒ.ij.

¶ Ventriculum & viscera roborat, ob id fluorem alvi antiqvatu sistit, & tussim mitigat.

SYRUPI PURGANTES BILEM.

Syrupus Rosarum laxativus.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro, de qvibus suprà.

Syr. Rosaceus laxat. cũ Rhabarbaro D. johan. Bauhini senioris.

℞ Syr. Rosati lax. simp. ℔. j.
Rhabarbari el. ℥.ij. Misce fiat Syr.

PI-

PITUITAM.

Syr. Rosaceus laxativus cũ Agarico, ejusdem.

℞ Syr. Rosati simpl. ℔.j.
Agarici trochiscati ℥.j. fiat Syr.

BILEM ATRAM.

Syr. Rosac. laxat. cum Sena, ejusdem.

℞ Folior. Senæ à stipitibus mundatæ ℥. iiij.
Syr. Rosati simpl. ℔.j.
Fiat Syrupus. Dosis ℥. ij.

MIXTOS HUMORES.

Syrupus de Rhamno.

℞ Succi Baccarum Rhamni [Spinæ infectoriæ] expressi & colati ℔.j.
Cinnamomi, Zingiberis ana ʒ. ij.
Garyophyllorum ʒ.j.
Mellis despumati vel Sacchari ℥. ix.
Misce, fiat Syr. s.a.

¶ Bilem, Pituitam & serosos humores purgat. Unde usus ejus maximè in Cachexia & Hydrope.

Syrupus Diasyreos.

℞ Endiviæ, Cichoreæ cum toto,
Sumitatum Lupulorum, Fumariæ ana M. j.
Eupatorii, Lactucæ, Saxifragiæ,
Polytrichi, Cuscutæ, Ceterach,
Capillor. Veneris ana M. ß.
Hordei integri M. ß.

Radic. Glycyrrhizæ rasæ, Fœniculi,
Apii, Asparagi, Polypodii querc. an. ʒ. vj.
Jujubarum, Sebesten ana ℥. ß.
Passularum, Prunorum ana ℥. j.
Florum Violarum, Buglossæ,
Borraginis ana P. j.
Myrobalanarum Chebularũ, citrinarum ana ʒ. ij.
Sem. Carthami ℥. ij. ß.
Alkekengi ℥. j, ʒ. ij. ß.
Sem. Apii, Fœniculi, Petroselini,
Carvi ana ʒ. ij. ß.
Qvatuor sem. frigid. major. ana ʒ. ij.

Coqvantur omnia in suff. qvant. aqvæ ad tertiæ partis consumtionem. In hujus decocti jure colati parte una infunde Rhabarbari opt. ℥. iij. ß.
Spicæ Ind. ʒ. j. Cinnamomi ʒ. vj.

Parti alteræ infunde:
Folior. Senæ mund. ℥. iiij.
Zingiberis ℥. ß. Galangæ ʒ. j.

Iterum infunde:
Agarici trochiscati ℥. j. ß.
Zingiberis ʒ. j: postea fiat omnium levis ebullitio & expressio fortis. Adde Sacchari. ℔. j.
Syr. Rosati solutivi ℥. viij.
Syr. Violarum ℥. vij. fiat Syr. s. a.

¶ Prodest tam pueris, qvàm viris & mulieribus bile suffusis, vel obstructionem & duritiem viscerum expertis aut lumbricis infestatis. Educit insuper pituitam & melancholiam sine omni molestia, & viscera roborat.

Atq; hi sunt Syrupi, qvibus Pharmacopæus debet esse instructus: qvi interdum per se soli, freqventissimè admixtis stillaticiis liqvorib. vel herbarũ decoctis propinantur.

¶ Qvod

¶ Qvod verò ad usum in genere attinet, succos corporis purgationi præparant, meatus reserant, obstructiones levant, humoris lentitiam dissecant & detergent, materiam in corporis habitum digerunt, dissipant, qvalitatibus suis intemperiē oppugnant, & qvod non parvi est momenti, qviddam etiam levissimè educunt.

Caput VIII.

SYRUPI MAGISTRALES *seu Minus usuales.*

Syrupos, qvi non ita parati habētur in Officinis; sed Medicorum judicio, consilio & artificio, cùm opus est, prout morbi & reliqvarum circumstantiarū exigit necessitas, ex variis Medicinis conficiuntur, MAGISTRALES vocant. Hi distingvuntur in digestivos, purgantes & refectivos.

SYR. DIGESTIVI MAGISTRALES.

Digestivi ex eadem materia parantur, qvâ usuales anteà enumerati, & ad eadem usurpantur: sic e.g. bilem alterat,

℞ Scariolæ, Lactucæ, Rostri porcini,
Bugloss. Borraginis ana M. j.
Prunor. Sebesten ana Paria v.
Qvat. sem. frigid. major. ana ℥. ij.
Anisi ℥. j. Flor. Cordialium P. j. Fiat decoctio & in ℔. j. dissolve Sacchari q. s. fiat Syr.

SOLUTIVI.

Fiunt hi ex earundem rerum decoctione. Cujus ℔. j. addun-

j.adduntur ℥.ij. solutivorũ pro diversitate morbi, ætatis,& humorum evacuandorum. Vocantur à Qvibusdam peculiari nomine Dosis seu Potus.

Dosis purgans Pituitam.

℞. Passularum mundat ℥.ß.
Sem. Carthami,Polypodii qverc.ana ℥.vj.
Anisi, Fœniculi, Liqviritiæ rasæ ana ʒ.j.ß.
Hyssopi ʒ. j. fiat decoctio. In colatura dissolve Diacarthami vel Diaphœnici, vel Benedictæ ʒ. iij.vel ℥. ß. Syr.violati ℥ j. Misce.

Bilem.

℞. Cichorii,Endiviæ novellæ,
Trium florum Cordialium ana M.j.
Liqviritię rasæ ʒ.j.
Tamarindorum ℥.j.Passularum mund.ʒ.iij.
Prunor.Damascen.nº vj.Fiat decoctio.
In colatura dissolve,Casiæ fistulæ rec.℥.j.
Rhabarb.ʒ.j.ß.fiat Dosis.

Melancholiam.

℞. Rad.Cichorii ℥.j.Glycyrrhizæ rasæ ʒ.ij.
Cichorii,Scariolæ,Buglosi,Borraginis,
Rostri porcini,Dentis Leonis ana M.j.
Prunor.Sebesten ana Par.xx.
Passular.P.x.Anisi ʒ.ij.Tamarind ℥.j.
Senæ oriẽtalis,Medullæ sem.Carthami ana ʒ.iij.
Florum trium Cordialium ana P.j. Fiat decoctio in suff.qvant. aqvæ. In colatura dissolve Sacchari q. s. fiat Syrupus.Cui adde
Succi Rosarum ʒ.ij.
Syr.Rosarum laxativi ℥.iiij.
Cinnamomi ʒ.ij.Misce fiat Dosis.

REFE-

REFECTIVI.

Refectivi seu instaurativi, ex arωmaticis speciebus, seu simplicibus seu compositis, ut Diatriasantal. Diamargar. Arωmat. Rosſ. &c: aut herbarũ reficientium exhaustas atq; absumtas vires Medici decreto cõficiũtur, ea proportione ut ℔.j. aqvæ Pulverũ seu contritor. arωmat. misceãtur ʒ.ij. & cõdiantur suff. qvantitate Sacchari, vel aliis syrupis commodis misceantur, ut

℞ Pulv. Diamarg. frigidi,
Elect. de Gemmis ana ℈.ß.
Confect. Alkermes Gr. v.
Aq. Borrag. Rosarum, Buglossi ana ℥.j.
Syr. de Limonibus.
de Corticibus citri ana ℥. ß.
Misce fiat potus.

¶ Convenit fractis atq; morti proximis in morbis calidis.

Assumuntur Syrupi freqventer diluculo prius calefacti; vesperi nõnunqvam, ubi nimirum somni cõciliandi gratiâ sumuntur.

Caput IX.

DE JULEPO.

Julep, julapius, recentioribus Græcis, Actuario & Simeoni Sethi Ζουλάπιον, ζούλαπος, vel Ιούλαβον q. Violarum infusio appellatur. Fit proinde, vel è Cardiaco, aut qvovis liqvore stillaticio: vel è puro defæcatoqve succo, ut Limonum, Grana-

torum

torum &c. vel è jure unius, aut paucorum ſimplicium, præſertim & arωmaticorum, ut Mēthæ, Fœniculi, Hyſſopi, &c. addito Mellis Saccharíve triplo (ſecundùm Qvoſdam Sacchari æqvali qvātitate) coqvitúrqve ſenſim expumando, dum toto ferè liqvore abſumto Mellis conſiſtentia fiat. Conditur demum arωmate, ut omninò jucũda fiat potio. Nunc verò ſimplicior atq; liqvidior fieri ſolet: qvodq́ve ſimplex ſit, ab Apozemate: liqvidus à Syrupo diſtat. Doſis ℥.j. ß. Solent etiam Medici ad qvamlibet potionem julepi dare tabulam vnam Electuarior. alterantium & roborantium morbo convenientium. In calidis Diatriaſantali, Diatragacanthi frigidi, Manus Chriſti perlatæ. In frigidis tabulæ Arωmat. roſ. Diamuſchi dulc. Diatragacanthi calidi, Diacymini, Diagalangæ, & ſimil.

Julepus Violarum.

℞ Aqvæ violarum ℔.ij.
Sacchari vel Mellis ℔.j. vel ij. Coqvantur expumando ad conſiſtentiam Mellis, arωmatizeturq́;.

¶ Febris Phlegmonas, Pleuritidem, aſperitatem gutturis & thoracis, ac Tuſsim mitigat.

Julepus Regius Lutetianus, vel
Julepus Alexandrinus, vel
Julepus Roſaceus alter Meſuei.

℞ Aqv. Roſarum ℔.iij. Sacchari albi ℔.ij. cum albuminibus ovorum perpurgatus in julepum percoqvantur.

¶ Bilioſis omnibus febribus & æſtuantib. gratiſsimus, cùm ſapore, tum verò qvòd ſitim, aqvæ optimæ qvadruplo mixtus, probè ſedet.

Julepus ſiſtens ſangvinem.

℞ Aqv. pedicul. Roſarum,

Centino-

Centinodiæ,
Burſæ paſtoris ana ℥.iiij.
Sacchari ℥.vj. Coqvendo & deſpumando fiat julapius.

Julepus ad bilioſos morbos.

℞ Aqvarum Lactucæ,
Acetoſæ,
Scariolæ ana ℥.iij.
Syrup. Acetoſi ſimpl. ℥.ij.
de Endivia ſimpl. ℥.j.ß.
de Limonibus ℥.j.
Miſce fiat julapium pro tribus matutinis. Detur tabula Diatriaſantali.

¶ Accommodatur julepus præcipuè intemperiei cor rigēdæ, leniendæ ſiti, & compeſcendo atq; frenādo humoris ardori, & malignitati frangendæ.

Inventum hoc eſt Arabum; Veteribus fuit incognitum. Hodie ejus loco Medici utuntur ſyrupo ſimplici.

Caput X.

DE SUCCIS MEDICATIS.

Succago, Græcis Ἀποχύλισμα & Arabibus Rob ſive Robub appellata, ſuccus eſt fructuum herbarúmve expurgatus atq; defæcatus, & ignis ſolíſve beneficio in duriuſculam Sapæ conſiſtentiam (ut aſſervari, cuſtodiriqve à corruptione poſſit) percoctus Electuarii aut Lohoch: idqve vel citra additamentū Mellis aut Sacchari; vel cum Sacchari, aut Mellis condimento. Ad ſeptem autem partes ſucci defæcati, ſolent addere partes

Sacchari qvinqve, aut subduplum. Reponuntur vasis vitreis, aut figulinis vitratis ad annum unum & amplius.

Rob de Ribes sim.

℞ Succi Ribes ℔. vj. Coqvatur ad spissitudinem Mellis despumando, per se.

Rob de Ribes comp.

℞ Succi Ribes ℔. iij.
Sacchari optimi ℔. j. ß. Coq. ad spissitudinē.

¶ Ventriculum roborat, sitim restingvit, aliasq; excretiones biliosas sistit.

Rob de Berberis.

℞ Succi Berberis depurati ℔. iiij.
Sacchari opt. ℔. ij. Coq. s. a.

¶ Mirificè valet in febribus ardentibus, ubi sitis vehementer urget. Sitim enim sedat & Ventriculū roborat.
Eodem modo parabis Rob, ex Cornis, Cerasiis, fructu Crespini & similibus.

Dianucum.

℞ Succi Corticum Nucum immaturar. ℔. iiij.
Mellis opti. despumati ℔. ij. Coq. s. a. ad spissi.

¶ Destillationi tenuium humorum à capite & inflammationem excitantium, veluti Anginæ & sim. confert.

Diamoron Gal.

℞ Succi Mororum domest. ℔. ij.
Mellis ℔. j. Clarificato prius succo, coqvatur ad justam consistentiam.

¶ Contra depascentia Oris ulcera, ad dentium affectus, & gingivarum noxas, atq; ad omnia oris vitia gargarizatus proficit.

Diamoron aliud.

Succi

℞ Succi Mororum domesticor. ℔. ß.
Mororum Rubi ℔. j.
Mellis opt. despumati, Sapæ ana ℥. iij.
Confice s. a.

Miva Cydoniorum sim.

℞ Succi Cydoniorum depur. ℔. j.
Sacchari opt. ℔. ß. Conf. s. a. i.

Miva Cydonior. compos.

℞ Succi Cydonior. dul. & acidor. ana ℥. iiij.
Sacchari albi, Mellis opt. despum. ana ℥. v.
Aceti vini albi ℥. iij.
Macropiperis ʒ. ij. Galang. Zingib. albi ana ℈. j.
Coqvantur primùm succi, Saccharum & Mel cum aceto ad consistentiam fluxilis syrupi: postea addantur arωmata tenuiss. cribrata, & efferveant simul lento igne ad Mellis spissitudinem.

¶ Ventriculum, Hepar & cætera viscera roborat, appetentiam excitat, coctionem juvat, vomitum & Lienteriam sedat.

Diacydonites Catharcticum.

℞ Carnis Cydoniorum ℔. iij.
Sacchari ℔. ij.
Scammoneæ ℥. j. ß.
Cinnamomi ʒ. ij.
Confice s. a. Dosis à ʒ. iij. ad ℥. ß.

¶ Bilem & tenues aqvososq; humores è distantioribus locis prolicit.

Sapa.

℞ Musti recentiss. q. v. Coqve despumando & purificando ad consistentiam.

¶ utimur his prędictis, ut plurimũ in ventriculo biliosis fluxionibus laborante, aut calidis acutisq; humoribus ad fauces destillantibus; veluti in Angina & similibus.

Caput XI.

DE INFUSIONE.

Infusio est liqvor, in qvo medicamenta parum trita vel pulverizata, vel solida etiam integra macerantur absq; decoctione per horas plures, noctem totam, biduum, vel triduum, pro natura medicamenti, ut virtus ejus tota in liqvorem trahatur. Notandum ut Purgantibus semper adjungantur ea, qvæ vehementiam infringunt, ac corrigunt eorum malitiam, & principalia membra roborant, proportione tripla, vel ad minimum subdupla, ut ℥.iij. purgantium, ʒ.j. vel ʒ.j.ß. infrænantium; ʒ.j. verò, ℈.j.ß. respondeât. Omnia mixta macerantur, in decoctis plãtarum, jusculis seu brodiis, sero caprino, utplurimùm verò stillaticiis liqvoribus herbarum, spacio horarũ 12. vel 24. vel tantisper, donec liqvores qvalitatibus impositi medicaminis afficiantur, vel imbuantur; postea fortiter exprimuntur, & Sacchařo aut Cinnamomo, vel etiam Serapione condiuntur: qvorum qvantitas ex liqvorum copia & pharmacorum maceratorũ qvalitatibus æstimatur.

Infun-

Infunduntur uſitatè hæc ſeqventia.

- ***Rhabarbarum***
  - infunditur pondere ʒ.iiij. ad ſummum
    - Hyeme, vino albo
    - Aeſtate
      - Sero lactis,
      - ſucco Cichorii,
      - decoctione purgante bilẽ
      - Stillaticiis liqvoribus eorundem.
  - corrigitur tertia parte, vel
    - Spicę Nardi
    - Cinnamomi
    - junci odorati,
    - Maſticis.

Exempli gratia.

℞ Rhabarbari el. ʒ.iij. Spicę Indicæ ʒ.j.
Pulveriz. ſubtiliter & cum decoctione florum & fructuum in aqvis Borraginis, Violarum Cichorii ana q.ſ. fiat potio. Cui adde
Syrupi Endiviæ,
Acetoſæ,
Violarum ana ℥.ß, Miſce.

Agari-

Agaricus
- infunditur pondere ʒ.iiij.vel v.in
  - Oxymelle
  - Melle Roſato.
- corrigitur tertia parte,vel
  - Salis gemmæ
  - Zingiberis.
- huic ꝓpter qualitatẽ adverſam Ventriculo admiſcetur
  - Cinnamomũ
  - Garyophylli
  - Maſtix
  - Calam.arom.
  - pondere ʒ. ij.

E. g.

℞ Agarici ʒ.j.Salis gemmæ ℈.j.
Pulv. diſſolvatur in decoct. Flor. & fructuum, fiat potio. Cui adde Mellis Roſati ℥. j.

Senæ folia
- dantur à ʒ. vj. ad ℥.j.
  - jure
    - Gallinæ
    - Pulli
    - carnium abſq; tritura
  - decocto prunorum
  - ſero caprino.
- corriguntur
  - Garyophyllis
  - Zingibere,ut

℞ Foliorum Senæ orient.ʒ.iiij.Zingiberis ʒ.j. ß.
Cum decoct. Prunorum, Garyophyll. Macis & Cardamomi fiat potio.Cui adde Syrupi de Fumo terræ ℥.j.Miſce.

Tur-

Turbith —
- datur pondere ʒ.j.cum
  - Melle Rosato
  - Conserva Rosarum
  - Decocto passularum.
- corrigitur subdupla, tertiáve portione Zingiberis.

Diagridium
- corrigitur
  - Aniso
  - Mastice
  - Thymo
  - Pulegio.
- exhibetur pondere ℈.j.ß.cum
  - Melle
  - Ptisanæ cremore
  - Aq. Myrobalā. citri.
  - Saccharo violato
  - Serapio violato.

Myrobalanorū
- dosis est ad ʒ.iiij.cum
  - Sero Caprino
  - decoctione florū & fructuum.
- corrigentia
  - Saccharum
  - Amygdala dulcia
  - Passulæ
  - Sem. Anisi.

Tamarindi —
- dátur ab ℥.ij.ad ℥.v.in
  - Hepatis affectionib. cū aqua Endiviæ
  - Vētriculi morbis cū stillatitio liqvore.
- corrigūtur cum
  - Passulis
  - Amygd. dulcibus
  - Sem. Anisi
  - Saccharo.

Helleborus niger
- datur pondere ℥.iij.cum
  - Paſſo
  - Aceto mulſo.
- corrigitur
  - Aniſo
  - Fœniculo
  - Cumino
  - Garyophyllis.

Polypodii
- doſis, ſunt ℥.ij. cum
  - Aqva mulſa
  - jure gallinacei
  - cremore Ptiſanæ
- corrigẽtia
  - Zingiber
  - Garyophylli
  - Cinnamomum
  - Sem. Aniſi.

Epithymum
- datur à ℈. v. ad ℥. ij.cum
  - Paſſo
  - Aceto mulſo
- corrigitur pauxillo
  - Piperis
  - Salis gemmæ.

Aloe propinatur ex aqva mulſa pondere ℥. ij.

Lapis

Lapis Armenus datur pondere ℈. iiij. cum Diaborraginato, vel aq. Buglossæ, vinoq; odorifero.

Mæzereon, Esula & hujusmodi macerantur in aceto ut acrimoniam deponant.

Sumuntur Infusa tempore matutino calidè & stomacho vacuo, sicuti Syrupi & Apozemata ab ℥. iij. ad ℥. iiij. vel v.

Caput XII.

DE CLYSTERIBUS.

Clyster non Crister, ἀ κλύω, id est abscondo: qvòd intra corpus abscondat. est enim instrumenti nomen, Græcis ἔνεμα, Latinis Ablutio dicitur. Est autem Clyster, sive Clysmus alvi & intestinorum diluvium atqve persusio siphone in podicem indita. Constat ferè Clyster omnis ℔ j. juris decocti, pisorum, cicerum, pulli gallinacei, capi castrati &c; vel cujusvis liqvoris, in qva sextans, aut ad summum qvadrans medicamentorum diluatur cum olei qvadrante. Interdum etiam Mel aut Saccharum aut vitelli ovorum, aut butyrum, aliaqve ejus generis, prout morbus postulat, adjiciuntur. Pueris infrà subsistitur, grandioribus suprà transcenditur, ad ℔. j. ß. habita tamen ratione magnitudinis Corporis, plenitudinis, ventris, naturæ, morbi & ætatis. Talis autem solet observari proportio:

Z 5 Dosis

Dosis
- Decocti vel liqvoris, est ab ℥.viij. ad ℥.xv.
- Purgantium
  - simplicium ut
    - Agarici
    - Turpethi
    - Colocynthidis
    - Scammoneæ.
    - à ʒ.ij. ad ʒ.iij.
  - cõpositorũ ut
    - Diaphœnici
    - Hieræ picræ
    - Hierę Logodii
    - Elect. Elescoph
    - El. de bac. lauri
    - Elect. Indum.
    - Benedict. Laxa.
    - ab ℥.j. ad ℥.j.ß plus mi- núsve.
- Oleorum ℥.iij, vel ℥.iiij.
- Pingvedinum, Mellis, Butyri, Sacchari — ℥.ß. vel ℥.j.
- Ovorum vitelli nº. ij. aut iij.
- Salis ʒ.j. aut ʒ.j.ß.

Injiciuntur Clysteres moderatè calidi per vesicam, vel syringam duabus vel tribus horis ante cibum. Detinendi verò tempus non unum idemq; est: sed pro eorundẽ diversitate variatur; detergentes & abluentes supra dimidium horę spacium haud; mitigãtes longiùs; omniũ longissimè glutinantes retinentur; purgantes sua sponte erumpere solent. Si tamen diutius in corpore cunctantur, glandem supponere convenit, ut facultas expultrix excitetur, noxiaq; expellantur.

Deco-

Decoctio communis Clysteris.

℞ Rad. Altheæ, Malvæ ana ℥.ij.
Malvæ, Altheæ, Violarum, Borraginis,
Buglossæ, Brancæ ursinæ ana M.ß.
Mercurialis, Parietariæ, Siclæ ana M.j.
Hordei integri mundati M. j.
Sem. Anisi, Fœniculi ana ℥.ß.
Sem. Lini, Fœnugræci ana ʒ.vj.
Flor. Chamæmeli, Anethi ana P.ij.
Fiat decoctio s.a.

Vel sic.

℞ Malvæ, Violæ nigræ, Brancæ ursinæ,
Siclæ, Mercurialis ana M.j.
Sem. Fœniculi ℥. ß. Coq. in suffic. qvantitate aqvæ.

Clyster emolliens.

℞ Malvæ, Bliti, Mercurialis,
Florum violarum ana M.iij. Fiat decoctio s.a. In colaturæ ℔.j. dissolve
Casiæ ℥.j.ß.
Vitell. ovorum nº.ij.
Ol. Violarum ℥.iiij. cum modico sale, fiat Clyster.

Clyster abstergens.

℞ Hordei integri P.ij. Fiat decoctio, in cujus ℔.j. dissolve Sacchari rubri vel
Mellis communis ℥.j. Misce fiat Clyster.

Clyster consolidans.

℞ Rad. Verbasci, Consolide majoris ana ʒ. ij.
Caudæ eqvinæ, Plantaginis ana P.j.

Rosarum rubr. P j. fiat decoctio in aqva ferrata in ℔.j. dissolve
Sevi hircini ℥. ij. Misce pro Clystere.

Clyster adstringens.

℞ Rosarum rubrar. Balaustior. Hordei assati,
Myrtillorum ana P. ß.
Sangvinariæ, Hippuris ana M. ß.
Coq. in suff. qvant. aqvæ cum capone castrato, donec caput coctum sit.
De colatura ℞. ℔. j.
Boli Armeni, Sangvin. Draconis ana ℈. j.
Ol. Rosac. Omphacini ana ℥. j ß.
Pingved. Renum Caponis ℥ j. Misce & cum vitello ovi assati fiat injectio.

Clyster phlegmaresolvens.

℞ Centaurei minoris, Salviæ, Abrotani,
Calamenthi, Origani ana M. ß.
Anisi, Marrubii, Stœchados,
Sem. Basiliconis ana ℥. ß.
Flor. Stœchados Arab. ℥. j.
Pulpæ Colocynthidis ʒ. ij. Furfuris M. j.
Mellis Anacardini, Ol. Castorei ana Qvart. ß.
Salis gemmæ ʒ. ij.
Hieræ picræ, Hellebori albi ana ʒ. vj.
Bulliant in f. q. aqvæ [excepta Hiera] ad medietatem, colenturq́; . De colatura ℞ ℔ j. ß.
tandem Hiera picra addatur.
¶ Prodest Paralysi & Apoplexiæ.

Clyster ad Colicam.

℞ Sem. Anisi, Fœniculi ana ℥. j.
Sem. Apii, Petroselini, Anethi ana ℥. ß.
Flor. Chamomillæ, Meliloti, Sambuci ana P. ij.

fiat decoctio in aqva & vino. In ℔. ß. dissolve

Ol. Chamomillæ,

Rutacei ana ℥.ij. Misce.

Clyster pro omni infirmitate.

℞ Malvæ. Violarum ana M.j. Hordei ℔.j.

Decoq. in jure carnium, de qva ℞ ℔. j. & adde

Sacchari rubri ℥.j.ß. Vitell. ovor. N° j.

Ol. Violacei ℥. iij. Salis ʒ. iij. Misce fiat Clyster.

¶ Comparati sunt Clysteres in varios usus; ad emolliendas fæces obduratas, & intestina oblinenda, ad flatus dissipandos, ad expultricem vim proritādam, ad crassos pituitososq; humores detergendos, qvi intestinis adhærescunt, ad humores è locis distantioribus evacuandos, ad compescendos dolores, ad coercendam alvú, & corroboranda intestina, ad naturales vires instaurandas &c.

Caput XIII.

DE GARGARISMIS.

Γαργαρισμοὶ, ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν, à regurgitando, constāt ex decoctis herbarum, succorum, radicū, seminum, excrementorū ab animalibus desumtorum, aqvis stillaticiis & aridis medicamentis in pulverē redactis, qvibus p affectus diversitate aut additur Mel Rosatū, Anthosatum, Syr. de Stœchade, è Calamintha; vel Dia morum, vel Rob è Ribes, vel Oxyacātha, vel Hiera picra &c. Horum pondus nullum certum observatur. Qvidam tamen liqvorum triplum simplo Antidotorū, succorum medicatorum & syruporum respondere

volunt

volunt. V. g. Syruporum & Antidotorum ſuccorumq; ℥. ij. ſi ſint, Liqvorum ℥. vj. Alii etiam decocti ℔. ß. aridorum medicamentorum ʒ. ij. vel ʒ. iij. præſcribũt. Corrumpuntur brevi, idcirco recenter parari debent.

Gargariſmus ad Anginam.

℞ Diamori ℥. j. Mellis Roſati,
Aqvæ Plantaginis, Caprifolii ana ℥. iiij.
Miſce pro Gargariſmo.

Garg. ad tonſillas inflammatas.

℞ Plantag. Oxalidis, Portulacæ ana M. ß.
Corticum mali granati, Rhois ana ℥. ß.
Roſarum rubrarum P. j.
Corticum glandium ʒ. iij. Decoqvantur in aqva ad tertias. juri colato addantur
Diamori ℥. ß.
Syr. Myrthini.
de Papavere ana ℥. j.
Aceti ℥. j. Miſce. Fiat Gargariſ.

Garg. ad ulcera oris.

℞ Plantaginis, Myrthi, Roſar. rubrarum,
Pyri ſyl. ana M. j. Fiat decoctio ad tertias. In ℔. j. diſſolve
Aluminis ℥. j. vel ℥. ij.
Vini albi parum, Miſce pro Garg.

Ad dolorem dentium.

℞ Rad. Pyrethri ℥. ß. Rad. Qvinq; folii ℥. j.
Garyophyllor. Cubebarum ana ʒ. ij.
Piperis longi ʒ. ij. Hederæ M. ij.
Fiat decoctio in vino adſtringente & aqva pro gargariſmo.

Ad

Ad fœtorem oris.

℞. Hordei integri torrefacti P.j.
Rosarum P.ß.Corticis citri ℥.j.ß.
Garyophyllorum,Cinnamomi ana ʒ.iij.
Fiat decoctio in aqva cisternæ,& pauxillo
Aceti: colluatur os.

¶ usus Gargarismorum est in affectibus Capitis, Faucium,Oris; cùm scilicet Pituitam ex Cerebro elicere, vel Faucium & Oris tumores inhibere, vel discutere, vel ulcera detergere & consolidare volumus.

Conveniens utēdi tempus est matutinum & vespertinum ante cibum.

Caput XIV.

DE ERRHINIS, SEU *Caputpurgiis.*

Errhina sunt medicamēta,qvæ naribus induntur, aut inseruntur. Hæc duplici parantur forma, aut liqvida, aut arida.Liqvida, qvæ vel illiniuntur naribus, vel infunduntur, ex succis oleísve,vel solis, vel pulveribus admixtis constant. Aridorum qvædam in pulverem contrita per calamum naribus inflantur: qvædam cera oleísve subiguntur, & in pyramidales massulas oblongas conformata, alligato filo, immittuntur, ut retrahi, cùm opus est,posśint.

Materia

- Materia horum, vel eſt
  - Humida, ut ſunt
    - Liqvores ſtillaticij, veluti
      - Aqva Betonicæ
      - Majoranæ
      - Roriſmarini
      - Salviæ
      - Stœchados.
    - Succi
      - Aloes
      - Anagallidis
      - Braſsicæ
      - Ceparum
      - Cucumeris
      - Cyclaminis
      - Enulæ
      - Marrabii
      - Struthii
  - Arida
    - Acorus
    - Agaricus
    - Calamenthũ
    - Carpeſium
    - Caſtoreum
    - Colocynthis
    - Cyclaminus
    - Cyminum
    - Elleborus alb.
    - Euphorbium
    - Iris Illyrica
    - Myrrha
    - Nigella
    - Nitrum rubr.
    - Origanum
    - Piper
    - Pulegium
    - Pyrethrum
    - Sal Armoniacum
    - Struthium
    - Zingiber,&c.

Errhi-

Errhinum Pituitam detergens.

℞ Hordei integri P. j.
Lentium vel Lupinorum P. ß.
Pulegii vel Marrubii M. ß.
Majoranæ M. ß. Fiat decoctio, in ℔. j. dissolve
Mellis Anthosati,
Scillitici ana ℥. j. Misceantur & per Nares attrahantur.

Errhinum sangvinem reprimens.

℞ Thuris ℈. ij. Aloes ℈. j. Contrita in pulverem ex albumine ovi subigantur, & mollissimis pilis leporinis adjectis in penicilli formam redigantur, qvod naribus indatur.

Errhinum Pituitam purgans.

℞ Succi Cucum. asinini vel Ciclæ vel Mercurialis, vel Cyclaminis ℥. ij. Agarici trochis. ʒ. ij.
Vini parum. Fiat decoctio. In colatura dissolve
Mellis q. s. fiat Errhinum.

Vnicè tamen observandum, ut, qvi sumunt, prius aqvâ os impleăt; ne è Naribus per vias sive meatus defluant succi, ac Caput in posteriora reclinét; neq; his utantur, nisi corpus priùs vacuatum fuerit medicamento dejectorio aut phlebotomia.

¶ Vtimur his in diuturnis Capitis affectibus, præsertim morbo Comitiali, Oculorum hebetudinibus, Narium obstructionibus & ulceribus, odoratûs difficultate, Convulsione Cynica & morbo regio.

Caput XV.

DE EPITHEMATIBUS.

Epithema nihil aliud est, qvàm compositio qvædam ex

aqvis ſtillaticiis, aliísve liqvoribus & ſpeciebus; in qvibus pannus mundus vel ſpongia imbuta, expreſſaqve parti inducitur.

Aqvarum doſis, cenſentur ℥.x. vel ℔.j.

Specierum ʒ.j.ß. vel ʒ.ij. vel ʒ.iij.

Nonnunqvam etiam pulveres aliaq; ſimplicia ſaccu lo includuntur, qvi tepentibus aqvis inſperſi imponuntur. Veteres hæc vocabant μαλάγματα, Recentioribus Irrigationes ſeu Irrorationes dicuntur.

Epithema ad palpitationem Cordis.

℞ Roſarum rubrarum, flor. Borraginis,
Flo.. Bugloſſæ ana ʒ.j.
Santalorum omnium ana ʒ.ij.
Coralli rubri ʒ.j.ß. Been albi, rubri ana ʒ.j.ß.

Hæc minutim contuſa, ſacculo ex ſerico panno, raro, qvi pyramidis formam referat, inſuatur, & aq. Roſarum & Bugloſſæ modicè irrigetur, Cordiqve admoveatur.

In febribus ardentibus.

℞ Aqvę Bugloſſæ, Roſarum ana ℥.iij.
Aq. Violarum ℥. vj. Spec. Diamargar. frig. ʒ.j.
Cryſtalli ʒ. j. ß. Succi citri ℥. ß. Miſce.
& fiat Epithema Cordis regioni applicandum.

Ad virium imbecillitatem.

℞ Aq. Violarum, Acetoſę, Bugloſſæ ana ℥. iij.
Aq. Scabioſæ, Meliſſæ ana ℥. ß.
Specier. Diamargarit. frig. Oſſis de Corde Cervi ana ℥. j. Cinnamomi Gr. v. fiat Epithema.

Epithema pro Hepate.

℞ Aq. Endiviæ, Epaticæ, Cichorii ana ℥. iij.
Santalorum omnium ana ℈. ij. Aceti ℥. ß.

Miſ

Misce fiat Epithema.

Epithema pro Ventriculo.

℞ Rosarum rubrarum P. ij.
Plantaginis utriusq; ana M. ß.
Comarum Absinthii M. ß.
Santalorum omnium ana ʒ. ij.
Coralli rubri ℥. iij Omnia sacculo imposita ex Aqva cum momento Aceti, cui aliqvid vini adjectum sit, coqvantur; linteum hoc duplicatum jure calido imbutum Ventriculo admoveatur.

Epithema pro fronte ad somnum.

℞ Aq. Rosarum ℥. iij. Aceti Rosacei ℥. j.
Album ovi nº. j. Misce, fiat frontale.

Aliud.

℞ Rosar. rub. Flor. Nymphea, Violar. ana P j.
Betonicæ, Meliloti ana P. ß. Reponantur inter duos syndones, fiatq; splenium intersutum, qvod fronti ac temporibus applicetur.

Applicantur Epithemata post evacuationem factam vel post sangvinis missionem, & potissimum in febrium statu, in qvo omnia sunt sęvissima: freqvēter serò & manè. In summa, qvoties pars aliqva inflammatur, aut alia calida affectione afficitur.

¶ Est autem horum usus maximè in febribus hecticis, & sqvalidis, ardentibus, pestilentibus, viscerum inflammatione & totius corporis incendio: item in Cordis palpitatione, Cardiaca passione, Erysipelate & virium imbecillitate.

DE FOMENTIS.

Fomenta (Græci vocant πυρίας) à fovendo dicta,
qvòd scilicet calore suo foveāt partes, qvibus applican
tur. Conficiuntur, aliàs ex aqva calida, cui interdū sub
finem, Vinum vel Acetum sit adjectum; aliàs ex Lacte,
aliàs ex Lixivio; aliàs ex Ferrariorum aqva; aliàs ex o-
leo, vel decoctis herbarum, florum & seminum ad ter-
tias vel dimidias; aliàs etiam ex decoctis Cataplasma-
tum, qvæ vel in vesica bubula, vel vasculo æreo, aut ficti
li aut vitreo posita, aut spongia aut philtro, vel panni-
culis seu linteis duplicatis, aut triplicatis excepta, par-
ti affectæ admoventur, videlicet Oculis, Thoraci, Ven-
tri, jecori, Lieni, Renibus, Vesicæ, Vtero, Articulis, &c.
Modus & qvantitas tum simplicium, tum liqvoris par-
tis fovendæ magnitudini, & situi accommodetur: solēt
tamen pro singulis manipulis, vel ij herbarum, ℔.j. hu
moris addere. Sua autem est cujusq; affectus, & partis
apta peculiarisq; materia, qvæ ex suo loco petenda est.

Fomentum ad Ophthalmiam.

℞ Folior. Euphrasiæ M.j. Paleæ Avenæ M.ij.
Fœnugræci in aq. Fœniculi loti ℥.iij.
Sem. Anisi, Fœniculi ana ℥.j.ß.
Flor. Stœchados P.ß. Fiat pulvis, ex qvo fiāt duo
sacculi qvadrati, qvi infundantur in modico vini albi &
aqv. Fœniculi, dein foveantur Oculi.

Fomentum ad Pleuresim.

℞ Malvæ, Salviæ, Absinthii, Abrotani,
Scabiosæ ana M.ß. In sextario
Aqvæ ad tertias decoqvito, spongia ex jure deco
cti expressa partem affectam foveto.

Fomen=

Fomentum Ventriculum roborans.

℞ Menthæ, Abſinthii, Labruſcæ,
Sumach ana M.j.
Sem. Plantaginis, Portulacæ ana ʒ.ij.
Balauſtiorum, Roſarum ana P.ij.
Cortic. mali granati ℥. ß. Fiat decoctio in vino ſtiptico, qvo foveatur regio Ventriculi.

Fom. ad Lienem induratum.

℞ Florum Chamomillæ, Stœchados,
Meliloti ana M.j.
Flor. Geniſtæ, Anethi,
Scolopendrii ana M.j.ß. Fiat decoctio in vino albo & aqva pro fotu.

Ad dolorem Nephreticum.

℞ Rad. Altheæ ℥.ij.ß.
Parietariæ, Malvæ, Altheæ,
Petroſelini Macedonici ana M.j.
Sem. Milii Solis ℥.ß.
Sem. Lini, Fœnugræci ana ʒ.j.
Flor. Chamomillæ, Meliloti,
Anethi ana P.j. Fiat decoctio in tribus partibus aqvæ, vel una vini albi, ex qvo foveatur regio Renum.

¶ Cutim rarefaciunt & tranſpirabilem reddunt, ſangvinem & bilioſiorem ſuccum, qvi eſt in inflammationibus attenuant, crudum humorem concoqvunt, emolliunt & per halitum digerunt; qvibus de cauſis dolorē leniunt & ſedant.

Caput XVI.

DE EMBROCHIS.

Ἐμβροχὴ, ἀπὸ τοῦ ἐμβρέχειν, Gal. etiam ἀδιβροχὴ, Alexandro Διαβροχὴ, Latinis Perfusio & Irrigatio dicitur. Est autem Embrocatio, ubi ex alto, pluviæ instar, in partem aliqvam fit destillatio, vel blanda frictio. Componitur ex herbis, floribus, radicibus, seminibus &c. decoctis in aqva aut vino, aut lixivio, aut oleo. Adjicitur magna ex parte ad M. ij. herbarum florúmve, semin. ℥. j. liqvorum ℔. j; atq; qvoad medietas absumatur, decoqvitur.

Embrochra ad frigidos morbos Capitis.

℞ Rad. Acori, Cyperi, Ireos ana ʒ. ij.
Betonicæ, Majoranæ, Salviæ,
Origani, Calamenthi ana M. ß.
Corticum Citri sicci ʒ. iij.
Flor. utriusq; Stœchados ana P. j.

Coq. in f. q. aqvæ ad dimidias, fiat Embrocha, qva caput irrigetur, addendo si sit contumax morbus, aqvæ vitæ ℥. ß.

Ad dolorem Podagricum.

℞ Thymi, Origani, Salviæ,
Calaminthæ ana M. j. Aqvæ ℔. j.

Decoqvantur ad consumt. medietatis, qva postea partes affectæ perfundãtur aut foveãtur. ¶ Vsurpãtur calidè, & plerunq; in capite viscosis humoribus oppleto aut articulis obstructis, ut illabentes gutturæ infarctos humores resolvant, discutiant ac consumant.

Ca-

Caput XVII.
DE BALNEIS.

Balneum eſt remedium totius corporis, aqva vel vapore irrigati, vel ad deterſionem, vel ad dolores, vel ad laſsitudines, vel cutis vitia, vel corporis totius intemperiem. Balneorum alia ſunt naturalia & dicuntur Thermæ, alia artificialia.

DE BALNEIS NATURALIBUS, *ſive* THERMIS.

Naturalia balnea dicuntur, qvæ per ſe aut ſponte naturaliter proveniunt, Thermæ ἀπὸ τῆ θέρμης, à calore dicũtur. Differentiæ ſunt variæ, vel enim conſtant ex ſulph ure, vel alumine, vel ſale, vel nitro, vel bitumine, ære, ferro, cupro, auro, vel ex his mixtis.

Salſa.

¶ Ad frigidas & humidas intemperies & ad ejuſdem generis morbos conferunt. Proinde medentur Hydropicis, frigidis nervorum doloribus, Podagræ, Aſtmaticis, Pectoris fluxioni, Ventriculo frigido & humido, tumoribus laxis, pituitoſis, ſcabie infectis, Capiti, Thoraciq; fluxionibus obnoxio.

Nitroſa.

¶ A Salſorum facultatibus non differunt, niſi qvòd in omnibus illis valentiores ſunt, non adeò adſtringunt, ſed valenter abſtergunt. Qvare ſcabioſos mundant, Aurium ulceribus medentur, incertoſq; earum ſonos ac tumores diſcutiunt.

Aluminoſa.

¶ Ad Sãgvinis rejectiones, Vẽtriculũ vomituriẽtẽ, Hæmorrhoidas immodicè profluẽtes, mulieres qvæ inordi

natè purgantur, & qvæ freqventer abortiunt : deniqve ad eos qvi immodico sudore resolvuntur, & tibiarum varices prosunt.

Sulphurea.

¶ Calefaciunt, nervos emolliunt, dolores mitigant, Stomachum enervant & subvertunt, omnia cutis vitia exterunt: Hydropicis, Alphis, Leucis, Impetiginibus, ulceribus antiqvis, Articulorum defluxioni, Lieni indurato, jecori, Vtero, resolutionibus, coxendicibus & scabiei subveniunt.

Bituminosa.

¶ Caput replent, sensuum instrumenta lædunt, enixè tamen calefaciunt & prolixè molliunt, si qvis diutius immoretur, præsertim Vterũ, Vesicam & Colum; præterea aqva intercute affectis idonea sunt.

Ferrea.

¶ Ventriculo, Lieni ac Renibus utilia sunt.

Aerea.

¶ Oculis, Ori, Tonsillis & Vvæ conferunt.

Cuprea.

¶ Articulorũ doloribus, Podagricis, Asthmaticis, Nephreticis, Vlceribusq; malignis auxiliantur.

Aurea.

¶ Colicis doloribus, Volvulo, Fistulis, Podagrę, ac malignis ulceribus succurrunt.

Qvæ ex mistis constant qvalitatibus, pro cujusqve vincentis qvalitatis ratione agunt.

Caput XVIII.

DE BALNEIS ARTIFICIALIBUS.

Artificialia balnea, vel ſunt aerea, ut Laconicum: vel liqvida ſeu aqvoſa, ut Solium, qvod nihil aliud eſt, qvàm vas in qvo homines ſedentes lavantur, Labrum, Lavacrum, Piſcina & Tina aliàs appellatur.

Laconicum verò [qvod & Sudatorium vel Calidarium, Barbaris Stupha] eſt locus undiq; vallatus, cujus aer per medium fit; vel à vaporibus calidis & ſiccis ab igne accenſo; vel à vaporibus calidis & humidis ab herbis in vaſe aliqvo decoctis; aut aqva ſupra ignitos lapides reſperſa. Paratur vel ex ſimplicibus ut aqva ſimplici calida, vino, lacte, oleo; vel compoſitis, ut herbis, floribus, ſeminibus, corticibus, ſuccis herbarum, mineralibus, & id genus aliis ſacco impoſitis, atq; in aqva ad tertias vſq; decoctis.

Liqvoris qvantitas pro balneo cõveniens eſſe debet, & nõ ultra Ventriculi orificium ſedẽtis progredi.
Herbarũ à M. v. ad x. vel xv. plus minúſve pro morbi natura & virium robore.
Florum à P. iij. ad P. x. vel xij.
Radicum ab ℥. iij. ad ℔. iij. vel iiij. vel v.
Seminum ad ℥. j.
Leguminum ab ℥. vj. ad ℔. ij.
Mineralium ab ℥. iij. ad ℔. iij.

Tempus Laconici conveniens videtur hyemis & veris principium, vel qvod neq; frigore, neq; æſtu nimio excedit. Solii verò Ver, Aeſtas & Aeſtatis finis corpore prius evacuato, nõ autem adhuc ex laboris itine-

re defatigato vel repleto, vel crudis & malis humoribus referto. Hora diei commoda matutina post Solis ortum per horam unam, stomacho vacuo, alvi & vesicæ excrementis prius depositis natura vel arte. Vespertina verò hora ea conveniens videtur, in qva prandii digestio completa est. Mora in Balneo matutina prolixior sit vespertinâ, manè videl. ab hora j. usq; ad horas ij. vel tres, plus minúsve pro ægroti natura & virium robore. Siqvidem biliosi, macilenti & debiles longam moram non ferunt: econtrà fortes, pingves, frigidi & humidi, longiorem. Vespertina mora duarum horarum ad summum.

Balneum excalefaciens.

℞. Pulegii, Origani, Hyssopi, Thymi,
Saturejæ ana M. j.
Salviæ, Fol. Lauri, Rosmarini,
Chamæpityos, Pyrethri ana M. ß.
Coq. in suff. q. aqvæ ad balneum.

Aliud emolliens.

℞. Malvæ cum radic. Brancæ ursinæ,
Violarum ana M. iiij.
Mercurialis, Parietariæ, Betæ ana M. ij.
Sem. Lini ℥. j. Flor. Chamomillæ P. ij.
Fiat decoctio pro balneo.

Aliud detergens.

℞. Fol. Myrthi, vel Fol. Lentisci, vel
Plantaginis, Thapsi barbati,
Pilosellæ, Hippuris, Polygoni ana M. ij.
Rosarum P. ij.
Rad. Ireos. Bistortæ, Pentaphylli ana ℥. ij.
Fiat decoctio, in qva dissolve Salis cõmunis ℔. iij

Alumi

Aluminis ℥.iij. Miſce & fiat balneum tepidum, & ſpongiis novis detergatur.

Ad Colicam.

℞ Rad. Altheæ ℔. ij. Mercurialis, Parietariæ, Violarum, Brancę urſinæ ana M. j.
Origani, Calamenthi, Ruthæ ana M. iij.
Aniſi, Fœniculi, Petroſelini ana ℔. ß.
Flor. Anthos, Sampſuchi,
Stœchados, Meliloti ana P. iij.
Cortic. citri ſicci ℥. ij.
Lavendulæ, Fol. Lauri ana M. iij. Decoqvantur in duabus partibus aqvæ & una Vini, fiat balneum.

Ad Laßitudinem.

℞ Hyſſopi, Origani, Pulegii, Thymi ana M. j.
Salviæ, Fol. Lauri, Roſmarini, Chamæpityos, Pyrethri ana M. ß. Coqvantur in aq. fontana q. ſ.

Ex Lacte.

¶ Valet ad emaciatos, viribus deſtitutos & alimenti indigos; ex ejus ſero ad pruritum & calorem cutis, maxime ad puerorum exanthemata.

Ex Vino.

¶ Corroborat hoc, & reſtaurat membra debilia.

Ex Oleo.

¶ Febribus cum frigore accidentibus, doloribusqve nervorum inde ortis confert: item convulſioni ex punctura aut vulnere factæ, calorem nativum roborat, materiam noxiam reſolvit, articulorũ doloribus prodeſt.
¶ Laconicum materias per totum corpus calefacit, fundit, evacuat, cutim laxat; confert craſſis & pingvi

gvibus, & minùs, qvàm par eſt, exercitatis.

¶ Solium Aqvæ dulcis moderatè calidum pueris ac ſenibus confert, calefacit, humectat, laſſitudinem ſolvit, mitigat, plenitudinem diſcutit, duras partes emollit, flatus diſcutit, ſomnum provocat: tepidum verò humectat & infrigidat, febribus exiccantibus, hecticis & vehementibus Solis exuſtionibus confert: qvod verò juſto calidius eſt, calefacit qvidem; ſed non perinde humectat.

Caput XIX.

DE INSESSIONIBUS.

Inſeſſiones, Inſeſſus, Græci ἐγκαθίσματα vocant, non ſunt aliud qvicqvam, qvàm herbarum, florum, radicũ, & ſeminum decocta, qvibus ægri ad Ventriculum uſq; tantũmodo inſidẽt, crurib. & brachiis exemtis; inventę ob Balneorum defectum; vel qvòd per imbecillitatem æger balneis uti non poteſt.

- Herbarum qvantitas à M. v. ad M. viij.
- Radicum ab ℥. ij. ad ℥. iiij.
- Seminum à ʒ. vj. ad ℥. vj.
- Aqvæ qvantum pro inſeſſu ſufficere videtur.

Imponuntur omnia ſacco & aqva ad tertias coqvuntur.

Adhibentur Renibus, Veſicæ, Colo, Ano, Inteſtinis affectis.

Ad Renes inflammatos.

℞ Malvæ, Altheæ, ana M. iiij.

Sem.

Sem. Lini, Fœnugræci ana ℥. ij.

Decoq. in aqva ad tertias. Qvæ postea vasi ligneo altitudinis pedalis immittuntur ad insessum.

Ad Calculum.

℞ Saxifragiæ, Oenanthes, Helxines,
Malvæ, Altheæ, ana M. j.
Cicerum rubr. ℥. ij. Sem. Petroselini,
Lini, Fœniculi ana ℥. j. ß. Coqvantur in aqva justæ qvantitatis ad tertias.

Ad Colicos dolores.

℞ Altheæ, Rutæ, Majoranæ, Arthemisiæ ana M. ij.
Folior. Lauri ℥. ij. ß.
Sem. Apii, Anisi, Cumini ana ℥. ij. In aq. q. s. decoqvantur ad insessum.

Adfluorem Alvi.

℞ Rad. Bistortæ, rad. Consolidæ majoris ana ℥. ij.
Nucum Cupressi, Nucum Pini,
Corticum Mâli granati ana ℥. ij.
Rosarum rubr. Balaustiorum,
Myrtillorum ana ℥. j. ß. Decoqvantur omnia in vino rubro.

Vtimur his temperatè calidis, duabus aut tribus horis ante cibum corpore prius purgato, vel saltem Alvi & Vesicæ excrementis depositis: non autem, ubi crudis & malis humoribus corpus est refertum. Mora in eo ad horam esse debet, plus minúsve tum pro affectus vehementia, tum virium imbecillitate.

DE

Caput XX.

DE LOTIONIBUS.

Abluuntur Caput, Axillæ, Manus, Pedes & Naturalia. Capitales ablutiones ex herbis & floribus capitalibus, in lixivio coctis, componuntur: Axillarum, ex adstringentibus, ut Oleastro, Lentisco, additis qvibusdã odoratis: Pedum, ex herbis, floribus vel calidis, vel frigidis, in aqva vel lixivio bullitis. Horũ qvantitas communiter à M. iiij. ad M. viij. vel x.

Lotio ad Memoriam.

℞ Majoranæ, Rorismarini, Melissæ ana M. j. ß.
Folior. Lauri M. j.
Flor. Chamomillæ, Stœchados,
Lavandulæ ana P. ij. Coqvantur in Lixivio sacculo condita.

Lotio ad frigidos Capitis affectus.

℞ Salviæ, Rorismarini, Origani,
Calaminthæ ana M. j.
Fol. Lauri M. ß.
Flor. Stœchados, Heliochrysi ana P. j.
Ex jure decocti irrigetur Caput.

Lotio pedum polychristos.

℞ Chamomillæ, Rosar. rubrarum,
Origani, Salviæ, Rutæ,
Asari, ana M. j. condita sacculo, coqvantur.
Vbi verò jam satis inferbuerint, sextarius Nitri & Salis P. j. addatur.

Lotio ad Podagram.

℞ Rosarum rubrarum, Balaustiorum.

Fol-

Fol. Myrthi, Plantaginis, Verbaſci,
Fol. Lauri, Origani, Pulegii, Calamenthi,
Salviæ, Thymi, Flor. Roriſmarini ana M.j.
Baccarum juniperi ℥. iij.
Aluminis Rochæ, Salis communis ana ℥. iij.
Bulliant in ſuff. qvantitate aqvæ. Immoretur in hac horas ij. vel iij.

Capitis lotiones calidæ exhibendę mane ante cibũ, corpore recrementis vacuo; ſic tamen ut ſtatim caput abſtergatur, & linteis calidis exiccetur: Pedum verò lotiones mane vel veſperi ante cibum, vel etiam ante ſomnum: non autem pedes rurſus abſtergendi, ſed linteo humido abluendi.

¶ Lixivia ſudores & ſordes Capitis detergunt, & cutis meatus aperiunt, Cerebrum item & memoriam roborant; Pedum verò ablutiones, humores ex ſupernis partibus ad infernas eliciunt, laſsitudinem diſcutiunt, & ſomnum conciliant.

Caput XXI.

DE OLEIS.

Oleum, ἔλαιον Galeno propriè dicitur, qvod ex maturis olivis eſt expreſſum, omnis ferè qvalitatis excedẽtis expers. Nobis verò ſuccus qvicunq; oleagineus, ungvinoſus & pingvis qvocunq; modo paratus: Eſtq; nihil aliud, qvàm humidi portio aerea, atq; ut illius odorem ſaporemq; ; ita & vires plurimum refert.

Oleum

- Oleũ vel
  - ſimplex vel
    - terreſtre, qvod paratur
      - preſſu
      - maceratione
    - aereũ fit per
      - deſcenſũm
      - aſcẽſum per
        - alembicũ
        - retortam.
  - mixtũ.

DE OLEIS SIMPLICIBUS.

Oleum ſimplex dicitur, qvod ſine ulla admiſtione factum eſt. Hoc naturæ periti invenère duplex; unũ terreſtre, alterum aereum.

I. Terreſtre eſt craſſum & viſcoſum, & localiter ſuo corpori, in qvo eſt, mixtum. Paratur hoc vel preſſu, vel maceratione.

Olea per expreßionem facta.

1. Preſſu conficiuntur olea ex fructibus & ſeminibus oleagineis, qvæ mortario tuſa & aqvæ calidæ vapore tepefacta, ſacculoq; vel ſetaceo panno inducta, torculari premuntur, dum purum emanet oleum: ſin verò materia exprimenda aridior, ut ſemen lini, &c. torreri prius probè in lebete, agitando & verſando, debet: dein fervens prelo ſubjici & exprimi involuta ſetaceo.

Hac ratione Officinæ exprimunt Olea ex

Fructibus.	*Seminibus.*
Amygdalis amaris	Cannabis
Amygdalis dulcibus	Cucumeris
Piſtaciis	Cucurbitæ
Strobilis	Hyoſcyami
Myrobalanis	Lini
Juglandibus	Papaveris
Nuce Indica &c.	Ricini
	Sinapi
	Vvarum acinis &

ſimilibus, qvæ in fructuum aut ſeminum nucleis continentur.

Caput XXII.

OLEA PER MACERATIOnem *facta.*

2. Macerantur ſimplicia in oleo communi recenti, flores, herbæ, fructus aut radices, ita ut oleo integantur: frigida qvidem in oleo lavato, calida in oleo puro: dein inſolantur per aliqvot dies & facta expreſsione valida herbę abjiciuntur, & recentes immittuntur, permutanturq; ſecundo ac tertio. Poſtremò expreſsis abjectisq; foliis inſolantur & duplici vaſe coqvuntur, dum ſuccus abſumtus ſit. Sunt autem ferè hæc ſeqventia.

Oleum Anethinum.

℞ Comarum Anethi virid. contuſ. ℥. iiij.
Ol. veteris ℔. j. Fiat oleum per macerationem, ut dictum.

Ol. Caſtorei.

℞ Caſtorei aqva vitæ ſoluti ℥. j.
Ol. vulgaris ℔. j. Bulliant in duplici vaſe ad tertias.

Ol. Chamæmelinum.

℞ Flor. Chamæmeli recentis ℔. j.
Ol. dulcis ℔. ij. ß.

Ol. Cheyrinum.

℞ Flor. Violarum citrinarum ℔. j. Poteris addere flor. ſiccor. ℥. iij.
Ol. dulcis ℔. j. ß. fiat oleum ſ. a.

Ol. Cydoniorum Meſ.

℞ Cydoniorum prematurorum cum cortic. & ſem.
Succi Cydoniorum ana ℔. ß. vel ℥. vj.
Ol. Omphacini ℔. j. ß. vel ſecundùm alios
Olei Olivarum immaturar. ℔, iij.

Ol. Enulatum.

℞ Radic. Enulæ contuſ.
Succi ejusdem
Ol. Seſamini ana ℔. ß.
Vini odoriferi ℥. iij. Fiat Oleum.

Ol. Euphorbij Meſ.

℞ Euphorbii ℥. ß.
Ol. Leucoji lutei,

Vini

Vini odoriferi ana ℥. ß. Coqvantur ad vini consumtionem.

Ol. *Hyperici.*

℞ Summitatum Hyperici ℥. v.
Ol. veteris ℔. j.

Ol. *Jasminum.*

℞ Flor. jasminorum ℥. xij.
Ol. veteris ℔. iij.

Ol. *Irinum.*

℞ Rad. Ireos ℔. j.
Flor. ejusdem ℔. ij.
Ol. veteris ℔. ij.

Ol *Ligustrinum Mes.*

℞ Florum Ligustri ℥. iiij.
Ol. veteris. ℥. x.

Ol. *Liliorum alborum s. Lilinum.*

℞ Florum Liliorum alborum abjecto croceo ℥. iiij.
Ol. veteris ℔. j.

Ol. *Lumbricorum.*

℞ Lumbricorum terrestrium ℔. ß.
Ol. Rosati omphacini ℔. ij.
Vini ℥. ij. Coqvantur in duplici vase ad vini consumtionem: colatum repone.

Ol. *Mandragoræ.*

℞ Pomor. Mandragoræ ℔. ß.
Ol. communis ℔. iij.

Ol. *Masticis.*

℞ Masticis ℥. iij.
Aq. Rosarum ℥. iiij.
Ol. Omphacini vel Ros. ℔. j.

Ol. Menthæ.

℞ Fol. Menthæ sativę tusæ,
Succi ejusdem ana ℔.j.
Ol. Omphacini salis expertis ℔. v.

Ol. Nardinum.

℞ Spicæ Nardi ℥. iij.
Vini optimi, Aq. Rosaceæ ana ℥.ij. ß.
Ol. dulcis ℔. j. ß.

Ol. Nenupharis.

℞ Flor. Nympheæ albæ recent. ℥. iiij.
Ol. Omphacini [vel olei loti] ℔.j.

Ol. Nicotianæ.

℞ Succi Nicotianæ,
Ol. communis ana ℔.j.
Macerentur & coqvantur ad succi consumtioné.

Ol. Oenanthinum.

℞ Labruscæ optimæ olentis,
Ol. Omphacini ana q.s. Macerentur per biduum, postea exprimantur.

Ol. Papaverinum.

℞ Capitum Papav.
Folior. Papaveris } ana ℥. iij.
Florum Papav.
Ol. ℔. iiij.

Ol. Pomorum Amoris.

℞ Pomorum Amoris q. v.
Macerentur in oleo communi per dies 40. vel coqvantur ad ignem, postea exprimatur & recondatur.

Ol. Populinum s. Populneum Nic.

℞ Ol. comm. ℔. vij, ℥. ij.

Vini

Vini ℔. iiij.

Gemmar. Populi recent. ℔. iij. Gemmæ terantur, pòst in oleo & vino diebus ſeptem macerentur: tandem in duplici vaſe ad vini conſumtionem coqvantur.

Ol. Roſatum.

℞ Roſar. rubrar. purgatar. ℥. iiij.

Ol. Olivarum immaturar. loti ℔. j.

Tuſis Roſis & oleo impoſitis fiat oleum.

Ol. Rutæ.

℞ Ol. veteris clari ℔. j.

Rutæ recentis inciſæ & contuſæ ℥. iiij.

Ol. Scorpionum.

℞ Scorpiones n°. xxx.

Ol. amygdal. amar. ℔. ij. Macerentur per dies 40. in loco calido, poſtea colatũ ad uſus repone.

Ol. Violarum.

℞ Flor. Violarum recent. vere collectar. inciſarũ & contuſ. ℥. iiij.

Ol. veteris clari ℔. j.

Caput XXIII.


OLEA SUBTILIA.

II. Aereũ, ſeu tenue oleum inſeparabiliter ſuo corpori inhæret. Hoc fit per deſtillationem: idq; vel per aſcenſum, vel per deſcenſum.

OLEA PER DESCENSUM FACTA.

Per Deſcenſum deſtillantur ea, qvæ contumaciùs reddunt oleũ. Peragitur opus hoc modo: Accipe Boc-

ciam inverſam,eam imple lignis conciſis,luto cum fornace optimè conjunge, ea nimirum parte, qvâ corpus bocciæ fornacem contingit, & impone alteri bocciæ inferiùs ſitæ: tum ſuperiori carbones ſuperimpone circumcirca & accende per aliqvot horas,donec, qvicqvid pingve & aqvoſum eſt,effluxerit. Remota poſtea ſuperiori boccia, inferiorem accipe atq; ab aqvoſitate ſecerne. Hoc modo extrahitur oleum utplurimũ ex lignis juniperi, Aloes, Gvajaci, Fraxini, Piceæ, &c. Nonnulli etiam ex gummatis & reſinis hoc modo deſtillant: ſed qvoniam meliorem habemus, hoc relicto illum ſeqvimur.



aaa Fornax carbones continens,ita ut ſuperiorem cucurbitam circundent.

Boccia

bb Boccia ſuperior continens materiam deſtillandam.

cc Boccia inferior.

d Lamina foraminulenta cum limbo in circumferentia, ut tam cucurbita, qvàm vas inferius in illos limbos immittantur.


e Bocciæ ſuperioris cum inferiore conjunctio.

Caput XXIIII.

OLEA PER ASCENSUM DESTILLATA.

Per aſcenſum verò ex iis olea extrahimus, qvæ faciliùs reddunt oleum: idq́; fit variis modis, ut ex ſeqventibus apparebit.

1. Per Veſicam Cupreã, ſi herbæ & fructus fuerint recentes hoc modo: Herbæ ſive fructus inciduntur, aut craſsiuſculè contunduntur, dein in aqvam pluvialem infunduntur, & per horas aliqvot digeruntur; poſtmodum in veſicam cupream induntur, cujus Alembici vitrei impoſiti roſtrum tranſeat in obliqvum, dolium, aqvâ frigidâ plenum, ad vas receptorium uſq; ; tandem primò lěto dein fortiori igni deſtilletur oleum, qvod ab aqva, eo modo qvem paulò pòſt docebimus, ſeparabis.



AAA Fornax.
B Piger Heinricus.
C Vesica cuprea.
D Collum oblongum Vesicæ superpositum,
E Alembicum vitreum, cum canali, qvi transeat refrigeratorium.
F Vas refrigeratorium.
G Receptaculum olei.
H Canaliscum alembici rostro conjunctio.

2. Qvòd si simplicia fuerint arida veluti Semina & Arωmata, contundantur, infundantur in aqva cõm. destillata aut pluviali, & per aliqvot dies in digestione relinqvātur; deniq; in Cucurbita vitrea luto obducta, supimposito

posito alẽbico, cũ apposito refrigeratorio in Cineribus vel Arena destillentur, donec omne exierit; qvod visu & gustu facilè dignoscitur.



ααα Fornax cum patella, Arenâ aut Cineribus plena.

β Foramen, per qvod carbones injiciuntur.

γ Foramen unde cineres eximuntur.

δ Cucurbita continens materiam destillandã.

ε Alembicum Cucurbitæ superpositum.

ζ Canalis per qvem delabitur oleum.

η Vas refrigeratorium.

θ Receptorium.

ι Instrumentum, qvo separatur oleum ab aqva.

Oleum ab aqva hac ratione separare poteris. Compara

tibi instrumentum vitreum, oblongum, acuminatum, & in inferiori parte instar puncti perforatum. Hoc foramē cerâ diligenter obturato, infunde superiùs oleum cum aqva: serva aliqvantulum, qvoad oleum rursus suum locum occupârit: qvo facto patefiat iterum foramen, exhauriatur sensim aqva in vas subjectum, & mox apposito digito foramini, oleum reservabis, ne simul in vas subjectum per imprudentiam elabatur.

Simplicia, ex qvibus per Ascensum destillantur Olea.


Herbæ.	*Semina.*	*Arωmata.*
Absinthium	Ammi	Calamus arωmatic.
Apium	Amomum	Cardamomum.
Basilicon	Anethum	Garyophylli
Calamenthum	Anisum	Cinnamomum
Hyssopus	Careum	Costus odoratus
Lavandula	Cuminum	Cubebæ
Levisticum	Daucus	Cyperus
Matricaria	Fœniculum	Galanga
Mentha	Nigella	Grana Paradysi
Origanum	Pastinacæ	Laserpitium
Polium mont.	Petroselini	Macis
Rosmarinus	Pimpinellæ	Nux moschata
Ruta	Santonicum	Piper nigrum
Salvia	Siler mōtanū &c.	Zedoaria
Savina		Zingiber, &c.
Serpillum	*Fructus.*	
Spica		*Cortices.*
Stœchas Arab.	Baccæ juniperi	Aranciorum
Tanacetum	Baccæ Lauri	Citri &c.
Thymus &c.	Baccæ Savinæ, &c.	

3. Sin

3. Sin verò fuerint Gummata, Resinæ, Lachrymæ, aut Metallica, per retortam extrahuntur.

OLEA EX RESINIS ET GUMMATIS.

Gummata, Resinæ, aut Lachrymæ, in retortam vitream benè lutatam ponuntur, & vel per se, vel cum arena, aut sabulo, vel aliis permixta rebus destillantur. Retorta tamen in cupellam arenâ plenam, ita imponatur, ne cupellæ fundum attingat: sed intersit undiqve arena.



111. Fornax rotunda.
23. Retorta, cui appensum receptaculum.
4. Foramen per qvod carbones induntur.
5. Foramen, unde cineres eximuntur.

Oleum Ceræ.

℞ Ceræ ℔. j.
Arenę aut Sabuli ℔. iij. Destillentur per retortã in Cineribus.

Oleum

Oleum Terebinthinæ.

℞ Terebinthinæ lucidæ ℔. iiij.

Arenæ ℔. ij. Repone in Cucurbitam & igne subdito aqvam primùm, dein oleũ lucidissimũ extrahito.

Non necessariũ duxi omnia Olea ex Resinis parata apponere: sufficiat monstrasse modum generalem, secundum qvem eadem ratione ex reliqvis facilè oleum destillari poterit.

Caput XXV.

OLEA EX METALLICIS.

Ex Metallicis qvibusdã, veluti ex Vitriolo, Antimonio, Sulphure, Tartaro, Laterib. & permultis aliis qvoqve per retortam destillatur oleum: sed cùm non unũ & eundem omnia habeant procedendi modum; de iis saltem, qvæ propter eximium in Medicina usum, à Medicis & Pharmacopæis hodie sunt recepta, agemus.


Oleum Vitrioli.

℞ Vitrioli cærulei aut viridis seu Romani [qvia reliqvis omnibus hoc præstat] ℔. vj. conjice in ollam novam, magnam & optimè crematam, pone fornaci profundæ super prunas: cùm bullire cœperit, agitetur spatula, ut integrum liqvefiat, & tam diu bulliat donec nullam bullam amplius excitet, & donec totum densetur. Posteà refrigerato in olla Vitriolo, in mortario subtilissimè teratur; dein media ejus pars in recentem ollam cõjiciatur, ac rursus in profundam fornacem dimittatur, & aliqvandiu uratur, donec ruffescat magis. Qvo sic præparato

parato optimè commiſceatur in mortario modeſtè agitando, ne pulverem excitet nares & fauces offenſurum, indatur totũ retortæ vitreæ probè lutatæ; ita ut aliqva portio retortæ relinqvatur vacua: mox ea collocetur in medium fornacis ſuper trabem tranſverſam ferream, luto obductam, [cui teſtæ fragmentum ſuperpoſitum ſit, ne à candente ferro diſſecetur] ut in medio fornacis retorta conſtituta ſit, ejusq; roſtrum extrinſecus paulatim promineat; applicetur receptaculum grande ex optimo vitro [qvò enim majus fuerit, eò liberiùs ſpiritus recipiet] luto diligentiſsimè in conjunctione muniatur, ne ſpiritus exſpirent. Super fornacem tectũ qvoq; fac, ſub qvo lateat retorta, idq; luto obduc in ſingulis angulis relinqvẽdo foramen inſtar craſſiſsimi pollicis. His omnibus conſtitutis dimitte per integram noctem lutum exiccare, & mane perlucidum accende ignem aperto uno ſuperiùs foramine, augeatur ignis ſuceſsivè uſq; ad veſperam, ubi alterum detegatur foramen; ſeqventi die tertium aperi. Ad noctem verò hujus diei auge ignem, poſt mediam auferatur operculum qvarti foraminis, & ſic in vigore ſervetur ignis, qvoad ſpiritus non amplius egredi videas. Refrigeſcãt vaſa per diem & noctem: dein cum contento humore receptaculum auferatur & purum oleum à phlegmate per deſtillationem in Balneo ſegregetur.

aaa Fornax qvadrata.
b Foramen per qvod carbones injiciuntur.
cc Foramina lateralia, qvorum qvatuor oportet ut ſint, ad ſingulos angulos unum.

d Red-



d Retorta vel boccia vitrea sive terrea, optime lutata.

e Recipiens maximum vitreum.

f. foramen vnde cineres eximuntur.

¶ Qvemadmodū Melancholia; ita oleum hoc Ventriculum mirificè confortat & ad cibi appetentiam invitat ac stimulat, frigidum Ventriculum calefacit, phlegma consumit, crassos & viscosos humores incidit, Colicæ ac Dysenteriæ opitulatur, sitim ac fervorem interaneorum in febribus extingvit, singultum prohibet cōfestim & nauseam ac cibi abominationem avertit. Sed hoc diligenter observandum, ut nunqvam merum ac dilutum intra corpus sumatur. est enim valdè corrosivū: propterea cum aliis miscendum, qvæ ejus acrimoniam mitigent ac temperent.

Oleum Sulphuris.

℞ Sulphuris triti ℔.j.
Salicum tenuiss. tritor. ℔.j. Misce & per retortam

tam ad levissimum ignem destilletur oleum.

Vel sic, ut ego parare soleo.

Accipe Alembicum capacissimum angusti oris, & breviss. rostri, illitum undiq; luto à terra ad mensuram unius cubiti suspende & ad fractum Alembici collum recipientem appone: sub ore Alēb. sit cyathus inversus, vel aliud vasculum ferream bracteā candentem, aut aliud ellychnium continens, qvo sulphur accēdatur. Hoc dum comburitur, recens additur. Inde fit, ut ex fumo ascendente oleum brevi tempore per collum in receptaculum guttatim defluat. Qvod postea diligenter collectum ad usum reservetur.

¶ Extenuat & attrahit admodum: hydrargyron corpori demersum foràs elicit, statim à balneis illitum, scabiem, lepras, cutis fœditates sanat: morbo venereo cō-modè adhibetur; fistulis & malignis oris ulceribus, aliarúmqve partium vitiis primo aut secundo contactu prodest.

Oleum Antimonii.

℞ Antimonii præparati ℔. ß.
Lap. Tripolis ℔. j. ß.
Sacchari Candi ℔. j.

Omnia trita & diligenter mixta destillentur igne nudo, initio levi & in fine candēti. Qvod rectificatum per arenam aurei est coloris. Cujus gutta j. purgat.

¶ Grana tria ex vino & spiritu vini & Calchanti potui sumta aqvam subter cutem inter dies paucos curant: Grana duo ex theriacæ ℥. ij. bus devorata, pesti morbisqve venenatis medentur: trium gut-

pesti morbisq; venenatis medentur: trium guttularum instar vel amplius ex aqva vitæ sumtum, Convulsioni, morbo attonito aliisq; Cerebri affectibus succurrit: dolores podagricos, colicosq; sedat, febres discutit: vesicæ ulceratæ opitulatur: Vlcera maligna, cancrum, fistulas, phagedænã, herpetem, omniaq; cutis vitia mirabiliter sanat.

Oleum Tartari.

℞ Tartari albi in pulverem redacti ℔. iij.

Indantur retortæ argillæ obductæ, & in fornacem locentur & vase receptorio amplo apposito juncturę luto occludantur: postea igne primò exiguo, dein arctiore urgeatur, qvoad nulli spiritus amplius appareant: tunc refrigeratis vasis, in Balneo calente corrigatur & oleum ab aqva separetur.

¶ Ad curanda vulnera efficacissimum est. Ex vino haustum calculos Renum & Vesicę cõterit expellitq;, urinam movet & ulcera expurgat.

Oleum è lateribus sive Philosophorum.

℞ Lateres ruffos inveteratos in frustula confractos, urito in prunis, donec tota incanduerint: dein exemta restingvito in oleo veteri & dimittito qvousq; se oleo impleverint. Postea oleo exemta in tenuiss. pulverem contundito & per cucurbitam vitream destillato.

¶ Calefacit, penetrat, mollit dura, resolvit ac discutit tumores frigidos; opitulatur Spasmo, Epilepsiæ,, Paralysi, Podagræ, & omnib. juncturarum & nervorum frigidis affectibus.

Ca-

Caput XXVI.

OLEA MIXTA SEU *Compoſita.*

Mixta ſive compoſita olea è ſimplicibus fiũt,in qvod ſtirpium,fructuum,florum odoratorum & qvorumvis ſimpliciũ materia mergitur,inſolatur vel coqvitur dum inditæ materiæ vires prorſus hauſerit, tunc demum exprimitur & reconditur.

Ol. de Capparibus.

℞ Rad. Cortic. Cappar. ℥. j.
Cortic. Tamariſci, Fol. Tamariſci,
Sem. Agni caſti, Ceterach,
Cyperi ana ʒ. ij. Rutæ ʒ. j.
Ol. Olivarum ℔. j.
Aceti albi fortis, Vini albi ana ℥. ij.

Trita leviter coqvantur in duplici vaſe uſqve ad vini conſumtionẽ & aceti, percolatum oleũ recõdatur.

Ol. Coſtinum Meſ.

℞ Coſti amari ℥. ij.
Caſsiæ ligneæ veræ ℥. j.
Summitatum Sampſuchi ℥. viij. Vini q. ſ.
Ol. Olivarum vel Seſamini ℔. iij.

Trita macerentur biduo, dein coqvantur in duplici vaſe ad conſumtionem vini.

Ol. Crocinum.

℞ Croci ℥. j. Myrrhæ puræ ℥. ß.
Cardamomi ʒ. ix.
Calami arωmatici ʒ. viij. His infuſis diebus qvinqve in aceto, ſexto projiciatur ſupra ea Cardamomum

& relinqvatur die una. Pòst superfunde ol. ℔. j. ß. & coq. lento igne usq; ad vini consumtionem.

Ol. Hyperici Jac. de Manliis.

℞ Summitat. Hyperici ℥. iij.
[Addo Ophioglossi ℥. ij.]
Macerentur in vino odorifero diebus iij. in vase duplici. Exprimatur, postea adde
Terebinthinæ claræ ℥. iij.
Ol. veteris clari ℥. vj.
Croci ℈. j. coqvantur in duplici vase ad vini cõsumtionem.

Ol. Irinum Nic.

℞ Ol. veteris ℔. xiv.
Aq. ℔. iiij, ℥. ij.
Rad. Iridis ℔. iij. ℥. iiij.
Flor. Lilior. alborum ℥. xv.
Rad. Cyperi recentis ℥. vj.
Helenii ℥. iij.
Buglossæ ℥. ij.
Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Asæ odoratæ ana ℥. j. Macera & fiat Ol.

Ol. Liliorum alborum.

℞ Fol. Liliorum albor. ℥. ix.
Masticis, Calami aromatici, Costi,
Carpobalsami ana ℥. j.
Garyophyllorum, Cinnamomi ana ℥. ß.
Croci ʒ. iij. Ol. veteris ℔. ij. fiat ol. s. a.

Ol. Mandragoræ Nic.

℞ Ol. ℔. ij. ß.
Succi pomorum Mandragoræ ℥. iiij.
Succi Hyoscyami albi ℥. ij.

Succi

Succi capitum Papav. albi ℥. iij.
Succi violarum; Cicutæ tenerrimæ ana ℥. j.
Opii, Styracis Calamitæ ana ℥. ß.
Misce, fiat ol. s. a.

Ol. Nardinum Mes.

℞ Spicæ Nardi ℥.iij.
Sampsuchi ℥.ij.
Xyloales, Enulæ, Folii,
Galangę, fol. Lauri,
Cyperi, Schœnanthos, Cardamomi ana ℥.j.ß.
Contusis affunde
Vini, Aq. Rosar. ana ℔.j.
Ol. dulcis ℔.v. Macerentur horis 24. dein coquã tur ad vini & aqvæ consumtionem.

Ol. Scorpionum Mes.

℞ Aristol. rad. Gentianæ, Cyperi,
Cortic. rad. Cappar. ana ℥.j.
Ol. Amygdal. amar. ℔.j.ß.
Scorpionum viv. nº. xx. Macerentur & coq. s. a. & fiat Oleum.

Ol. Vulpinum Mes.

℞ Vulpem integram, nudam & exenteratam & incisam,
Salis ℥.iij.
Ol. veteris puri ℔.iiij.
Thymi, Anethi, Origani ana ℔.ß.
Coqvantur ad artuum dissolutionem & aqvæ consumtionem, exprimaturq; oleum.

Caput XXVII.

Tabula Oleorum uſualium.

OLEA CALEFACIENTIA.

CAPUT.

Oleum Anethinum.
Oleum Aniſi
Oleum Caſtorei
Oleum Garyophyllorum
Oleum Euphorbii
Oleum Fœniculi
Oleum juniperi
Oleum Laurinum
Oleum Macis
Oleum Majoranæ
Oleum Maſticis
Oleum Nardinum
Oleum Nucis moſchatæ
Oleum Philoſophorum
Oleum Roſmarini
Oleum Spicæ
Oleum Succini
Oleum Terebinthinæ

PECTUS.

Oleum Amygdalarum dulcium
Oleum Nucis moſchatæ.

VENTRICULUM

Oleum Abſinthinum

Oleum Anisi
Oleum Cinnamomi
Oleum Costinum
Oleum Fœniculi
Oleum juniperi
Oleum Macis
Oleum Menthæ
Oleum Nardinum
Oleum Nucis moschatæ
Oleum Vitrioli.

HEPAR.

Oleum Absinthinum
Oleum Amygdal. amararum
Oleum Costinum
Oleum Laurinum
Oleum Masticis
Oleum Nardinum
Oleum Sambucinum.

LIENEM.

Oleum Balaninum
Oleum de Capparibus
Oleum Laurinum
Oleum Liliorum alborum
Oleum Nardinum
Oleum Spicæ.

RENES.

Oleum Enulatum
Olenm Fœniculi
Oleum juniperi
Oleum Laurinum
Oleum Liliorum simp.

Oleum de Piperibus
Oleum Rutaceum
Oleum Styracis.

UTERUM.

Oleum Anethinum
Oleum de Castoreo
Oleum Cheyrinum
Oleum Cinnamomi
Oleum Crocinum
Oleum Enulatum
Oleum Fœniculi
Oleum Hederæ
Oleum Irinum
Oleum juniperi
Oleum Laurinum
Oleum Macis
Oleum Nardinum
Oleum de Piperibus
Oleum Rutaceum
Oleum Styracis.

ARTICULOS.

Oleum Ammoniaci
Oleum de Capparibus
Oleum Ceræ
Oleum è granis Ebuli
Oleum juniperi
Oleum Laurinum
Oleum Lumbricorum
Oleum Nucis Indicæ
Oleum Nucis Moschatæ
Oleum Nucum
Oleum Philosophorum

oleum

oleum Pomorum amoris
oleum Rutaceum
oleum Sambucinum
oleum Sulphuris
oleum Terebinthinæ
oleum Vulpinum.

NERVOS.

oleum Amygdal. amar.
oleum Anisi
oleum Castorei
oleum Chamæmelinum
oleum Cheyrinum
oleum Costinum
oleum Enulatum
oleum de Euphorbio
oleum juniperi
oleum Laurinum
oleum Lumbricorum
oleum Nucis Indicæ
oleum Philosophorum
oleum de Piperibus
oleum Sampsuchinum
oleum Succini
oleum Terebinthinæ.

OLEA REFRIGERANTIA.

CAPUT.

oleum Hyoscyami
oleum Mandragoræ

Oleum Myrtinum
Oleum Nenupharis cit.
Oleum Papaveris
Oleum Populinum
Oleum Rosarum.

PECTUS.

Oleum Nympheatum s. Nenuph.
Oleum Violaceum.

VENTRICULUM ET HEPAR.

Oleum Cydoniorum
Oleum Lentiscinum
Oleum Myrtinum
Oleum Omphacinum
Oleum Rosaceum.

RENES ET VESICAM.

Oleum Nenupharis.

UTERUM.

Oleum Cucurbitarum
Oleum Cydoniorum
Oleum Lentiscinum
Oleum Nympheæ
Oleum Myrtinum
Oleum Antimonii
Oleum Balaninum
Oleum ex Cataputia
Oleum Cnicinum
Oleum Thymelææ.

OL. VERMES NECANTIA.

Oleum Absinthinum
Oleum juniperi
Oleum Ricininum

Oleum

Oleum Spicæ.

OLEA HUMECTANTIA.

Oleum Amygdal. dulcium
Oleum Cucumerum
Oleum Cucurbitarum
Oleum Melonum
Oleum Olivarum
Oleum Seſaminum
Oleum Violarum.

OLEA SICCANTIA.

Oleum Nardinum
Oleum Nucum
Oleum Ricininum.

OLEA LAXANTIA.

Oleum Amygdal. dulcium
Oleum jaſminum
Olenm Olivarum
Oleum Seſaminum.

OLEA ADSTRINGENTIA.

Oleum Abſinthinum
Oleum Cydoniorum
Oleum Lentiſcinum
Oleum Maſtichinum
Oleum Myrtinum
Oleum Nardinum
Oleum Oenanthinum
Oleum Roſaceum.

OLEA DETERGENTIA.

Oleum Amygdal.amar.
Oleum Anethinum
Oleum Chamæmelinum

oleum Cydoniorum
oleum Olivarum antiqvis.
oleum Philoſophorum
oleum Pomorum Amoris
oleum Ricininum
oleum Rutaceum
oleum Spicæ
oleum Terebinthinæ.

OLEA DETERGENTIA.

oleum Balaninum
oleum de Capparibus
oleum Irinum
oleum de Myrrha
oleum Ovorum
oleum Raphaninum
oleum Ricininum
oleum Tartari
oleum Vitrioli
oleum Balſaminæ
oleum Myrrhæ
oleum Nicotianæ
oleum Terebinthinæ.

OLEA SEDANTIA DOLOREM.

oleum Avellanarum
oleum Caphuræ
oleum Chamæmelinum
oleum Ebulinum
oleum Hyperici
oleum jaſminum
oleum Irinum
oleum Liliorum alborum

oleum

oleum Lumbricorum
oleum Pomorum Amoris
oleum Populinum
oleum Rutaceum.

OL. VENENIS RESISTENS.

Oleum Scorpionum.

¶ In summa Oleorũ usus est freqventissimus, non solùm in Clysteribus, Ceratis, Emplastris, Vngventis: verùm etiam per se ad dolores, asperitates, & alios multos affectus curandos adhibemus.

Caput XXVIII.

DE BALSAMIS ARTIFIcialibus.

Ad Olea qvoqve referri possunt Balsama artificialia, qvæ sunt compositiones ob defectum veri & naturalis Balsami à Neotericis singulari studio & artificiosa conjectura inventæ, & ob insignem in sanandis & curandis vulneribus efficaciam, vero Balsamo substitutæ. Conficiuntur ex plurimis simplicibus, radicibus nimirum, floribus, fructibus, seminibus, arωmatibus, succis, lachrymis, metallis & similibus ad hanc rem accommodatis, invicem mixtis & destillatis, paucis exceptis, ut

Balsamum Placentini.

℞ Olei ℔.j.ß.
Myrrhæ, Xylobalsami, Opopanacis,

Bdel-

Bdellii, Aloes, Carpobalſami,
Ammoniaci, Serapini, Nucis Indicæ,
Hyperici, Macis, Gummi Arabici,
Thuris, Tragacanthi ana ℥. j.
Later. triti igniti & oleo extincti communi ℥. iij.
Terebinthinæ puriſs. ℥. vij. Arωmata ſubigātur, cribrentur, & ubi gummata vino odorifero diſſoluta fuerint, arida injiciantur. Dein in mortarium translata, ac probè cū Oleo & Terebinthina vaſculo vitreo cui alembicum ſuperpoſitum ſecundum artē deſtillentur.

Aliud Balſamum.

℞ Florum Chamæmeli,
Roſarum,
Prunellæ,
Centaurei min. ana M. j.
Hyperici,
Ophiogloſsi,
Conſolidæ mediæ,
Chelidonii ana M. ij.
Galbani, Ammoniaci, Bdellii ana ʒ. ij.
Pulv. Maſticis, Thuris, Myrrhæ ana ʒ. j.
Aeruginis æris ʒ. ij. Miſce fiat Balſamum ſecundùm artem.

¶ Inſignis hujus eſt vis ad purganda & glutinanda vulnera.

DE MEDICAMENTIS SICCIS,

SECTIO III.

Sectionis tertiæ capita.

Ca-

Caput I.

DE PULVERIBUS.

Pulveres, Ξήρια & Τρίμματα à terendo qvasi Trituras Græci vocant, Arabibus Suffuf & Alcohol dicũtur. Hi duorum sunt generum: qvidam intra corpus assumuntur; qvidam extrinsecus adhibentur. Qvi intra corpus assumuntur vel parati in Officinis habẽtur & peculiari nomine vocantur Species: vel pro judicio Medici præscribuntur, & hos Magistrales vocare possumus.

SPECIES.

Licet Confectiones hæ à suis Auctoribus omnes ferè in Electuariorum formam parẽtur excepti Melle vel Syrupo: sunt tamen nonnullæ in pulvere retinendæ ad Electuariorum solidorum seu Tabellarũ cõfectionem, Tragemata & ad Syruporum arωmatizationem. Componuntur ex medicamẽtis arωmaticis electis, ad earum Corporis partium, qvæ nutritioni inserviunt, intemperiem corrigendam, aptis. Pulverizãtur tenuissimè & vasis vitreis vel stanneis optimè clausis reservantur.

Species, qvibus Pharmacopœus debet esse instructus.

Arωmaticum Garyophyllatum Mes.

℞ Garyophyllorum ʒ. vij.
Macis, Zeodariæ, Galangæ [putà minor.]
Santali citrini, Trochiscor. Diarrhod.
Cinnamomi, Ligni Aloes.

Spicæ

Spicæ Indicæ, Piperis longi,
Cardamomi minoris ana. ʒ. j.
Rosarum rubrarum ʒ. iij.
Glycyrrhizæ rasæ,
Galliæ moschatæ ana. ʒ. ij.
Folii, Cubebarum ana. ℈. ß.
Ambræ ʒ. ß. Moschi ℈. ß.
Sacchari optimi q. s. Tritis omnibus diligentiss. fiat pulvis.

¶ Ventriculum & Cor confortat, nauseã & vomitum sedat, & valet contra putrefactionem in partibus Ventriculi: Membra verò Nutritionis calefacit, ac ventositates dissolvit & terminat.

Aromaticum Rosatum Gabrielis.

℞ Rosar. rubearum ʒ. xv.
Glycyrrhizæ rec. mundatæ & rasæ ʒ. vij.
Cinnamomi el. ʒ. v.
Xyloaloes boni, Santali citrini ana. ʒ. iij.
Gummi Arabici, Tragacanthi ana. ʒ. ij. ℈. ij.
Garyophyllorum, Macis ana. ʒ. ij. ß.
Spicæ ʒ. ij.
Nucis moscatæ, Cardamomi [minoris Cor.]
Galangæ ana. ʒ. j.
Ambræ [griseæ Cord.] ℈. ij.
Moschi ℈. j. Sacchari q. s. fiat pulvis.

¶ Ventriculo imbecillo aliisq; nutritioni deservientib. instrumẽtis succurrit. Vẽtriculi humiditatẽ, omnẽmq; in eo putredinẽ emẽdat, concoctionẽ juvat & ex morbo convalescentibus auxiliatur.

Diani-

Dianisum Mes.

℞. Anisi electi ℥.ij.ß.
Glycyrrhizæ rasæ, Masticis ana ℥.j.
Carvi, Macis, Galangæ,
Fœniculi, Zingib. Cinnamomi ana ʒ.v.
Macropiperis, Melanopiperis,
Leucopiperis, Calaminthæ,
Pyrethri, Cassiæ ligneæ ana ʒ.ij.
Cardamomi minoris, Garyophyllorum,
Cubebarum, Spicæ Indicæ, Croci ana ʒ.j.ß.
Sacchari q.s.

¶ Crassis flatibus in Ventriculo natis ejusdemqve perfrictioni succurrit. Pituitam in eo crudam absumit, tussiqve diuturnæ prodest.

Diacalamenthum Mes. & Gal.

℞. Calamenthi montani,
Pulegii [Calamenthæ camp. Mes.]
Petroselini [Macedonici Cordi]
Seseleos [putà Siler montanum, Cord. ℥.j.]
Origani [Cordus non habet] ana ʒ. ij.
[Zingiberis ʒ.iij. Cordi.]
Sem. Apii, Comarum Thymi ana ℥.ß.
[Cordus ℥.ij.]
Levistici sem. [Cord. ℥.viij.]
Piperis nigri ana ℥. j. [Cord. ℥.iij.]
Sacchari albissimi.

¶ Auxiliatur eis, qvos cibi fastidium urget, appetentiã revocans, ægrè qvoqve spirantibus, Ventriculo refrigerationem sentienti & flatibus distento confert.

Diacyminum Nicolai.

℞. Cymini præparati ʒ.viij, ℈.j.

Cinnamomi, Garyophyllorum ana ʒ.ij.ß.
[Fuch. ana ʒ.ij ℈ ij.]
Zingiberis, Melanopiperis ana ʒ.ij, Gr.v.
Galangæ, Thymbræ [vel ejus loco Saturejæ.]
Calamenthi ana ʒ.j, ℈.ij.
Ameos, Levistici ana ʒ.j, Gr.xviij.
Macropiperis ʒ j.
Nardi Indicæ, Cardamomi,
Nucis myristicæ ana ℈.ij.ß.
Sacchari q.s.

¶ Arteriacis, difficultati spirandi, tussiculosis, inflationibus efficaci est adjumento: noxam Ventriculi corrigit, concoctionem adfert, adstrictionum vitia sanat.

Diacinnamomum Mes.

℞ Cinnamomi tenuis ʒ.xv.
Cinnamomi crassi boni, Enulæ ana ℥.ß.
Galangæ ʒ.vij.
Garyophyllorum, Piperis longi,
Cardamomi majoris, Cardamomi minoris,
Zingiberis, Macis, Nucis moschatæ,
Xyloaloes ana ʒ.ij.
Croci ʒ.j. Sacchari tabarzeth ʒ.v.
Sacchari albiss. q.s. Misce, fiat pulvis.

¶ Salubris est hæc confectio ad humorositatem Ventriculi & putrefactionem in eo, Phlegma digerit & digestionem adjuvat.

Diacorallium.

℞ Coralli rubri ℥.j.
Margaritarum non perfor. ℥.ß.
Sacchari q.s. fiat pulvis.

¶ Sangvinolentia excreantibus, Dysentericis, Cæliacis mirè subvenit.

Diamargaritων calidum Nic.

℞ Nuc. sem. Citrull. Cucurbitæ,
Melonis, Cucumeris,
Sem. Portulacæ, Papaveris albi,
Santali albi, Santali citrini odor.
Ligni Aloes, Zingiberis,
Rosarum rubrar. Flor. Nympheæ albæ,
Flor. Borrag. Myrtillorum veror. ana ʒ. j.
Coralli albi & rubri ana ʒ. ß.
Margarit. ʒ. iij. Sacchari q. s.

¶ Omnem virium imbecillitatem firmat iis qvos animus deficit, sive à corde, sive à stomacho deliqviū originem ducat, omnem noxę causam vitalium partium discutit: insuper Asthmaticis, tussientibus, tabidis auxiliatur: longo morbo dejectos & imbecillitate langvētes recreat & ad pristinum robur conducit.

Diamargaritων frigidum Avic.

℞ Margarit. non perforat. Pyrethri ana ʒ. j.
Zingiberis, Masticis ana ʒ. iiij.
Zedoariæ, Doronici [Fuchs. non habet]
Casiæ, Cardamomi, Nucis moschatæ,
Macis, Cinnamomi ana ʒ. ij.
Beeñ albi, Behen rubri, Piperis,
Macropiperis ana ʒ. iij.
Cinnamomi ʒ. v. Sacchari q. s.

¶ Valet mulieribus. Rectificat enim dispositionē Matricis, & Ventriculum earum.

Diam-

Diambra Mes.

℞ Cinnamomi, Doronici, Garyophyllorum,
Macis, Nucis moschatæ, Folii,
Galangæ ana ʒ. iij.
Piperis longi, Santali citrini,
Xyloaloes ana ʒ. ij.
Zingiberis ʒ. j. ß.
Spicæ Nardi, Cardamomi majoris,
Cardamomi minoris ana ℥. j.
Moschi ʒ. ß. Ambræ ʒ. j. [X. j. joubert.]
Sacchari albissimi. Fiat pulvis.

¶ Cor, Cerebrum principesq; partes corroborat & exhilarat, insitum calorem senibus præsertim ac imbecillis, frigidisq; naturis suscitat, non alimenti modò, sed & frigidorum humorum concoctionem juvat, omnemq; corporis ac uteri perfrigerationē discutit, ut idcirco ad concipiendum conferat.

Diamoschum dulce Mes.

℞ Moschi ʒ. j, ℈. ij. [Cordi ℈. ij.]
Galliæ moschatæ veræ,
Ocymi citrati [Cordi ana ʒ. ß.]
Margaritar. albarum,
Setæ crudæ ustæ [Serici crudi tosti Cord.]
Carabæ, Coralli rubri ana ʒ. ij. ß.
Croci, Doronici, Zedoariæ,
Macis, Xyloaloes ana ʒ. ij.
Zingiberis, Cubebarum,
Piperis longi ana ʒ. j. ß.
Been albi, Been rubri, Folii,
Spicæ Nardi, Garyophyllor. ana ʒ. j.
Sacchari albi.

¶ Prodest contra Cordis palpitationem, ei qvoq; cui tumultuosa insomnia observantur: item iis qvi incertis timoribus corripiuntur. Malis Cerebri frigidis, Vertigini, Comitialibus & difficulter spirantibus succurrit.

Diamoschum amarum Mes.

Adde saltem hæc seqventia Diamoscho dulci:

Aloes opt. lotæ ʒ. iiij.
Absinthii, Rosarum ana ʒ. iij.
Cinnamomi ʒ. ij.
Castorei, Levistici ana ʒ. j. Misce.

¶ Valentior est hæc confectio præcedente. Et propriè exiccat humiditates Ventriculi & putrefactiones ejus.

Diagalanga Mes.

℞ Galangæ, Xyloaloes ana ʒ. vj. [Cord. ʒ. vij.]
Garyophyll. Macis, Levistici ana ʒ. ij.
Zingiberis, Macropiperis, Piperis albi,
Calami aromatici, Cinnamomi ana ʒ. j. ß.
Calamenthi sicci, Menthæ siccæ,
Cardamomi majoris, Spicæ Indicæ,
Sem. Apii, Fœniculi, Carvi, Anisi ana ʒ. j.
Sacchari opt. ℥. ß. Tritis omnibus fiat pulvis.

¶ Valet adversus crassiores flatus, acidos ructus, pravamq; concoctionem: item actiones Ventriculi & jecoris à frigiditate impeditas, robustiores reddit, easdémqve emendat.

Dianthos Nic.

℞ Flor. Rosmarini ℥. ß. [Cord. ℥. j.]
Rosarum, Violarum,
Glycyrrhizæ ana ʒ. iiij. [Cordo ʒ. vj.]
Garyophyllorum, Spicæ Nardi,

Nucis

Nucis moschatæ, Galangæ,
Cinnamomi, Zingiberis, [Zedoariā addit Cordus] Maceris, Ligni Aloes, Cardamomi, Anisi, sem. Anethi ana ℈. ij. [Cord. ℈. iiij.
Sacchari albi q. s.

¶ Prodest præter rationem tribulatis, Cardiacis, animi lætitiam auget. Eos roborat, qui à longo morbo debiles adhuc sese intelligunt, Ventriculum perpulchrè emendat.

Diapenidion Nic. cum & sine speciebus.

℞ Penidiarum ℥. xvj. ß. [Quidā ℔. j. Cord. ℥. ij.]
Pinearum, Amygdal. dulc. mund.
Sem. Papav. albi ana ʒ. iij, ℈. j.
Cinnamomi, Garyophyll. Zingiberis. } his tribus demtis habebis Diapedion sine speciebus.
Succi Glycyrrhizæ,
Gummi Tragacanthi, Arabici,
Amyli candidiss. Sacchari Candi,
Quatuor sem. frigid. enucleat. ana ʒ. j. ß.
Camphoræ Gr. ij. [Cord. ℈. ß.] fiat pulvis.

¶ Valet adversus omnē Thoracis noxam, tussim à frigore contractam, vocis jacturam; tabidis deniqve & purulenta excreantibus succurrit.

Diairis simplex.

℞ Ireos ℥. ß.
Sacchari Candi,
Specier. Diatragacanthi frig. ana ʒ. ij.
Sacchari albissimi. Fiat pulvis.

¶ Thoracis, Pulmonisq; vitia blandè attenuando expectorat, sputúmq; facilius reddit: calidis morbis incre-

ſcentibus, aut frigidis levioribus accommodatum.

Diairis Salomonis.

℞ Iridis Florentinę ℥.j.
Pulegii, Hyſſopi, Glycyrrhizæ ana ʒ.vj.
Tragacanthi, Amyli, Amygdalarum,
Pinearum, Cinnamomi, Zingiberis,
Piperis ana ʒ.iij.
Caricarum,
Paſſularum enucl.
Carnium Palmularum ana ʒ.iij.
} pro his Fern. ſubſtituit { Sem. Lini, Altheæ, Fœnugræci ana ʒ.j.
Sacchari albiſſ. q.ſ.

¶ Benefacit calidis morbis jam inclinantibus & frigidis inveteratis, ut tuſsi, aſthmati, raucitati, &c.

Diatragacanthum cal. Nic.

℞ Gumm. Tragacanthi ℥.iiij.
Hyſſopi, Pineorum nucleor.
Sem. Lini ana ʒ.vj.
Sem. Fœnugræci, Cinnamomi ana ℥.ß.
Succi Glycyrrhizæ, Glycyrrhizæ raſæ, Zingiberis ana ʒ.ij.
Sacchari albi.

¶ Valet tuſsientibus ex frigido Phlegmate, & non valentibus ejicere, Aſthmaticis, Empyicis, anheloſis, ſuſpirioſis, Peripneumonicis, Phthiſicis, & ad omnē coarctationē pectoris, ſtomachū cōfortat, digeſtionē procurat.

Diatragacanthum frigidum Nic.

℞ Tragacanthi albi ℥.ij.
Gummi Arabici ℥.j, ʒ.ij.
Amyli ℥.ß. Glycyrrhizæ,
Qvatuor. ſem. frigid. major. ana ʒ.ij.
Camphoræ Gr.ij.ß. Penidiarum ℥.iij.

Saccha-

Sacchari albiſsimi.

¶ Omnibus Pulmonis, Thoraciſq; vitiis, Peripneumoniæ, Pleuritidi, Tabi, Tuſsi calidæ cum febre, faucium & arteriæ aſperitati convenit.

Dialacca major Meſ.

℞ Laccæ præparatæ, Rhabarbari ana ℥.iij.
Spicæ Indicæ, Maſticis, Schœnanthi,
Abſinthii Romani, Succi Eupatorii Meſ.
Sabinæ, Amygd. amar. Coſti,
Myrrhæ, Rubiæ tinctorum, Sem. Apii,
Sem. Ameos, Fœniculi, Aniſi,
Aſari, Ariſtolochiæ longæ [Qvidã omittũt] & rotundæ, Gentianæ, Croci,
Cinnamomi, Hyſſopi, Caſsiæ ligneæ,
Summitatum Schœnanthi, Bdellii ana ℥.j. ß.
Piperis, Zingiberis ana ℥.j.ß.
Sacchari albi decuplum.

¶ Calefacit Ventriculum refrigeratum, obſtructiones, inflationes, jecinoris, Lienis & Renum durities ſanat, Hydropem incipientem diſcutit, menſes ciet, flatuoſos ſpiritus ab alto corpore abigit.

Diarrhodon Abbatis.

℞ Roſarum, Sacchari Candi ana ℥.j, ℨ.iij.
Santali albi, rubri ana ℨ. ij.ß.
Gummi Arabici, Tragacanthi,
Spodii ana ℈. ij.
Aſari, Spicæ, Indicæ, Maſticis,
Cardamomi, Croci, Xyloaloes,
Garyophyllorum, Galliæ moſchatæ,
Aniſi, Fœniculi, Cinnamomi,
Succi Glycyrrhizæ, Rhabarbari,

Sem.Basiliconis,Berberis,Scariolæ,
Portulacæ,Papaveris albi,Melonum,
Cucurbitæ, Cucumeris, Citrulli ana ℈.j.
Ossis de corde Cervi,Margarit.ana ℈.ß.
Camphoræ Gr.ij.Moschi Gr.iij.ß.
Sacchari albissimi.

¶ Valet adversus Ventriculi calorem, jecinoris, Lienis,Pulmonumq;, contra viscerum dolores,& omnem totius corporis noxam à calore proficiscentem.

Pleres Arcoticon.

vide Antidota.

Rosata Novella Nicol.

℞ Rosarum, Sacchari,
Glycyrrhizæ ana ℥. j, ʒ. j, ℈. ij.ß.
Cinnamomi ʒ. ij, ℈. ij, Gr. ij.
Garyophyllorum, Nardi Indicæ,
Zingiberis, Galangæ, Nucis moschatæ,
Zedoariæ, Styracis,
Cardamomi, Apii ana ℈. j, Gr. viij.
[Cordi Gr. vj.] Sacchari albissimi q.s.

¶ Confert apprimè calori & siccitati Stomachi, Cordis, Hepatis & Pulmonis: sitim compescit & vomitū. Abscindit debilitatem Stomachi,adstringit laxa,Cardiacis subvenit, sudorem diaphoreticum reprimit,ex chronica infirmitate debiles recreat.

Species Trageæ comm. Officinarum.

℞ Zingiberis albi ℥ j.
Garyophyllorum,Nucis moschatæ,
Zedoariæ ana ʒ. ij.
Cinnamomi el. ℥. ß.
Galangæ ʒ. vj.
Calami aromatici ʒ. iiij.

Pipe-

Piperis albi ʒ. j.
Menthę ſiccæ ʒ. ß.
Sem. Aniſi, Fœniculi,
Coriandri præparati ana ʒ. j.
Liqviritiæ ʒ. iij.
Cubebarum ℈. ij.
Sacchari ℔. iij. Fiat Tragea.

Species inciſæ ſeu Trageæ groſſæ, Germanis vulgo Pfaffenfütter.

℞. Liqviritię raſę ℥. ij.
Cinnamomi ʒ. ij.
Zingiberis albi ʒ. iij.
Garyophyllorum ʒ. ij.
Nucis moſchatę ℥. ß.
Coriandri cooperti ℥. iij.
Aniſi, Fœniculi, Carvi ana ℥. j.
Macis ℥. j. Calami arom. ℥. ß.
Miſce & incidantur omnia groſſo modo.

Caput II.

DE PULVERIBUS, *qvi intrinſecus aſſumuntur, Magiſtralibus.*

Pulverum, qvi non parati habentur in Officinis, ſed judicio Medici pro ratione circumſtantiarum, naturę, morbi, ętatis &c. ordinantur, alii alterant, alii purgant.

PULVERES ALTERANTES, *ſeu* TRAGEAE.

Alterant pulveres ii, qvi roborant membra inſtar Antidotorum & Tragecę ſeu Trituræ vulgo, Græcis Τραγήματα dicuntur; Latini Bellaria & Menſas ſecundas, Germani Ein Triett oder Treſenay vocant. Conficiuntur

Conficiuntur ex ſpeciebus Antidotorum, odoratis aliis rebus & medicamentis ſimplicibus in tenuiſsimum pollinem redactis adjecto Saccharo.

Specierum Antidotorum doſis comm. ʒ. j. ß. ad ſummum ʒ. iiij.
Odoratorum comm. ʒ. v. ad ſummum ʒ. viij.
Sacchari cãdidiſsimi comm. ℥. ij. ad ſummũ ℥. vj.

TRAGEAE CALEFACIENTES

Caput.

℞ Specierum Diambræ,
Diamoſchi ana ℈. ß.
Pleres Arcotici ℈. j.
Cinnamomi ʒ. j. ß.
Macis, Nucis moſchatæ,
Garyophyllorum ana ʒ. ß.
Sacchari albiſsimi ℥. ij. ß.
Miſce, fiat Tragea.

Pectus.

℞ Spec. Diaireos ſimp.
Diapenidii ana ℈. j. ß.
Rad. Ireos ℈. ij.
Pul. Glycyrrhizæ ℈. ß.
Cinnamomi ʒ. ß.
Sacchari albiſs. ℥. iij.

Cor.

℞ Specier. Diambræ,
Dianthos ana ʒ. ß.
Diaxyloaloes ℈. j. ß.
Behen utriuſq; ana ℈. j.
Ligni Aloes ℈. ß.
Oſsis de Corde Cervi,

Raſu-

Rasuræ Eboris ana ℈.ß.
Cinnamomi ʒ.j.Sacchari q.ſ.Miſce.

Ventriculum.

℞ Specier.Aromat. roſ.
Dianiſi,
Diazingiberis ana ℈.j.
Cinnamomi ʒ.j.
Garyophyllorum,Macis ana ℈.j.
Sacchari albiſs.℥.iij.Miſce,fiat pulvis.

Hepar.

℞ Specier.Dialaccæ,
Diacurcumæ,
Diacinnamomi ana ℈.j.ß.
Cinnamomi ʒ.j.
Garyophyllorum,Macis,
Spicæ Indicæ ana ʒ.ß.
Sacchari ℥.iij.Fiat tragea.

TRAGEAE REFRIGERANTES

Caput.

℞ Specierum Diacoralli,
Diatriaſantalωn ana ℈.j.ß.
Flor.Roſarum ℈.j.ß.
Sem.Papaveris ℈.j.
Cinnamomi ℈.ß.
Sacchari candidiſs.℥.iij.Miſce.

Pectus.

℞ Specierum Diatragac.frig. ʒ.j.
Sem. Papaveris,
Lactucæ ana ʒ.ß.
Sacchari Candi ℥.ij. Miſce.

Ventriculum.

℞ Specierum Diatriaſantalωn,
Diatragacanthi frig. ana ʒ. j.
Roſar. rubrar. ſiccar.
Coriandri præparati,
Coralli rubri ana ℈. j.
Sem. Portulacæ ℈. ß.
Sacchari roſ. tabul. ℥. fiat pulvis.

Cor.

℞ Specierum Diarrhod.
Diamargar. frig. ana ℈. j.
Margarit. præparatarum,
Fragm. lapid. precioſ. ana Gr. v.
Sem. Citri ℈. ß.
Cortic. citri ſicci ℈. ß.
Cinnamomi ʒ. ß.
Sacchari candidiſs. ℥. ij. Miſce.

Hepar.

℞ Specier. Diarrhod. Abbatis.
Diatriaſantalωn ana ʒ. j. ß.
Santal. omnium ana ℈. ß.
Sem. Endiviæ,
Cichorii ana ʒ. j.
Sem. Melonũ, Citrulli, Cucurbitarum ana ʒ. j. ß.
Roſar. rubrarum ʒ. ß.
Cinnamomi ℈. iij.
Sacchari albi ℥. iiij. ß. fiat tragea.

Pulvis contra Peſtem.

℞ Radic. Tormentillæ, Diptamni ana ʒ. j.
Sem. Acetoſæ, Citri ana ʒ. j. ß.

Zingibe-

Zingiberis albi, Cinnamomi,
Croci, Santali albi & rubri ana ℈. ß.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ʒ j, ℈. j.
Miſce & fiat pulvis. Doſis ʒ. j.

Exhibentur pulveres intrinſecus ſumendi vel cum pane toſto in vino madefacto, veluti confortantes; vel in juſculo, vino, ſyrupo aut alio liqvore conveniente mane jejuno Stomacho & Veſperi duabus aut tribus horis ante Cænam: interdum etiam poſt cibum, qvando nimirum vapores in caput exhalantes prohibere volumus à ℈. j. ad ʒ. j. ſiqvidem ſvaviores ſint. Efficatiores verò à ℈. ß. ad ℈. ij. Species cordiales ſuaviores in potionibus cordialibus à ʒ. ß. ad ʒ. j. cũ ℥. iiij. aqvarum & ℥. j. ſyrup. ſumuntur. In Eclegmatis & Pectoralibus remediis incraſsátibus à ʒ. ij. ad ʒ. iij. In Expectorátibus à ʒ. ß. ad ʒ. j. vel ʒ. ij. In inſtaurativis addũtur ea proportione, qva in Opiatis, vel pro ℥. j. decoctionis Capi pulverum Cordialium ʒ. j. imponimus.

PULVERES PURGANTES.

Parantur hi ex medicamentis purgantibus vel ſpeciebus compoſitorum, additis ſemper iis qvæ vehementiam eorum retũdũt, & dupla aut tripla Sacchari qvãtitate. Vſus horũ apud Practicos jam eſt rariſsimus.

Bilem flavam.

℞ Rhabarbari el. ℥. ij.
Spicæ Indicæ, Maſticis. Gr. vj.
Sacchari ℈. ij. Miſce fiat pulvis.

Pituitam, ut Diatarbith *Meſ.*

℞ Turpethi opt. ʒ. j.
Zingiberis albi ℈. j.
Maſticis ℈. ij.

Sac-

Sacchari ℥. ß. Miſce.

Melancholiam, ut Pulvis Diaſenæ Montag.

℞ Folior. Senæ ℥. j. ß.
Zingiberis, Macis ana ʒ. iij.
Cinnamomi, Tartari ana ʒ. j. ß. Miſce.

Vel

℞ Violarum, Senæ orient. ℥. ß.
Glycyrrhizæ ʒ. ij. Zingiberis ʒ. j. Fiat pulvis ſubtiliſs. Detur ʒ. j. cum brodio.

Mixtos humores.

℞ Folior. Senæ orient. mund. ʒ. vj.
Turpethi ℥. ß. Rhabarbari ʒ. ij.
Glycyrrhizæ, Aniſi, Fœniculi ana ʒ. j.
Spicæ Indicæ ℈. ß. Fiat pulvis.
Dátur in decocto pulli vel Liqviritię, vel Ptiſanę.

Caput III.

PULVERES EXTRINSECUS APPLICANDI.

Pulveres, qvi foris adhibentur, ex convenienti plantarum earumqve partium, & radicum, ſuccorũ, herbarum, reſinarum, gummatum, excrementorum, egeſtorum ab animantibus, & præcipuè Metallicorum omnis generis materia conficiuntur. A Græcis peculiari nomine ab inſpergendo vocantur καταπάσματα ſuntqve Chirurgis penè devota.

Pulvis pro Capite.

℞ Roſarum, Santali albi, Labruſcæ,
Betonicæ, Stœchados, Radic. Peoniæ,

Salviæ

Salviæ, Majoranæ, Garyophyllorum,
Sandarachæ ana ʒ. j. fiat pulvis tenuiſsimus.

Pulvis Chærurgorum Causticus.

℞ Lithargyrii argenti ℥. ß.
Arſenici, Auripigmenti rubri & Citrini ana ʒ. ij.
Boli Armeni ℥. j. Miſce, fiat pulvis.

Pulvis incarnans.

℞ Aloes, Myrrhæ ana ℥. j.
Sarcocollæ ʒ. j. ß. Thuris, Pollinis farinæ ana ʒ. ij.
Sangvinis Draconis, Terræ Lemniæ ana ʒ. ij. ß.
Thutiæ, Lithargyrii, Tragacanthi ana ʒ. j. fiat pul.

Pulvis cicatricem inducens.

℞ Cortic. Thuris, Myrrhæ, Lithargyrii,
Cortic. Mâli granati ana partes æqvales, fiat pulvis.

¶ Vtiles ſunt ad vulnera & ulcera, nec non ad principalia membra corroboranda: ſed de his ſuo loco.

Caput IIII.

DE DENTIFRICIIS.

Dentifricia Græci ὀδοντότριμματα vocāt. Fiunt ex metallis, herbis, earum partibus, radicibus, fructibus, ſuccis, liqvoribus, reſinis, arωmatibus &c. Applicantur triplici forma: aut enim tenuiſsimi pulveris modo affricantur: aut in liqvore decoqvuntur, qvo dētes colluuntur: aut in Emplaſtri formam digeſta dentibus agglutinantur.

In forma solida.

℞ Gummi Arabici ℥.ij.
Coralli albi & rubri ana ℥. ß.
Pumicis ℥. ij. Nucis moſchatæ nº. vj.
Maſticis ℥. ij. Aluminis uſti ʒ. ij.
Myrrhæ ʒ. ij. Garyophyllorum ʒ. iij.
Flor. Anthos, Cinnamomi ana ℥. ij.
Fiat dentifricium.

In forma pulveris.

℞ Pulveris Ireos Florentinæ ℥.j.
Coralli utriusq; ana ℥.j.
Maſticis, Olibani, Vernicis ana ℥.ß.
Salis gemmæ ℥. j. Aluminis uſti ℈. j.
Lap. Marmoris albi ʒ. j. Miſce fiat pulvis pro dentibus.

In forma liqvida.

℞ Aq. Salviæ, Hyſſopi, Menthæ ana ℥. vj.
Aluminis ſciſſi, aſsi & vino auſtero extincti ʒ.ij.
Nitri ʒ.iij. Salis aſsi ʒ.ß. Miſce & deſtilla per Alẽbicum, liqvoréq; dentes colluantur.

¶ Adhibentur vel expoliendis extergendíſve dentib. vel ſtabiliendis, vel eroſis, vel frigefactis, vel dolẽtibus, vel gingivis laxis, vel etiam ad halitûs graveolentiam.

Caput V.

DE SALIBUS.

Salia ex herbis, radicibus, floribus, fructibus, lignis, corticibus, partibus animaliũ, excrementis & ſimilibus extra-

extrahuntur, hoc modo: Herbæ vel ligna, vel alia, ex qvibus Sal conficere cogitas, exurito & in cinerem redigito; qvem diligenter collectum in aqvam ferventem projectum decoqvito, qvoad partes terrestres ad fundum descenderint. Pòst per pannum lineũ coletur; qvod purũ remanet, effundatur in Cucurbitã vitreã, cõsumaturq; aqva in Balneo Mariæ, in cujus fundo postmodum remanebit Sal, qvem exiccatum reservabis.

- Salia vel
  - *Vrinam cient*
    - Sal Chamomillæ
    - Sal Genistæ
    - Sal Gentianæ
    - Sal Gratiolæ
    - Sal Ononidis
    - Sal juniperinum
    - Sal stipitum Fabarum
  - *Mẽses movẽt*
    - Sal Arthemisiæ
    - Sal Chelidoniæ
    - Sal Gentianæ
    - Sal Melissæ.
  - *Venenis resistunt*
    - Sal Absinthii
    - Sal Arthemisiæ. Hujus Salis mira est vis tam præservandi à peste qvàm infectos restituendi, si nimirum ℥.j. cum aq. Cardui benedicti assumatur. Qvod (præter id qvod superiorib. annis in Allobrogia observavimus, apud qvendã, qvi hujus Salis beneficio multos à peste correptos restituit, & nõ infectos præservavit) testatur qvoqve nõ vulgaris nominis nostro tempore Chirurgus Regis Galliarum Abrahamus Paræus in suo qvem ædidit de Peste libro.
  - ✝

Dolorem sedant ✻ { Sal sangvinis Cervini
Sal sangvinis Hircini
Sal sangvinis Humani.

pro Cauterio ut ✻ { ℞ Cinerum clavellarum,
Calcis vivæ ana ℥.j.
Tartari, Aluminis,
Salis Armoniaci,
Arsenici ana ℥.ß
Decoqv. in lixivio forti, fiat
Sal s.a.

Hîc inserere placuit præparationem cùm florũ Sulphuris & Antimonii, tũ vitri ipsius Antimonii propter eximiũ apud Medicos qvosdam hocce tempore usum, ne qvicqvam huic tractatui deesse videretur.

Flores Sulphuris citrini.

℞ Sulphuris optimi,
Antimonii crudi ana ℔. j.

Contusa optimè misceantur, indanturqve bocciæ vitreæ benè lutatæ, superponatur Alembicum & sublimentur in atena, tunc evadent in Alembicum flores citrini, qvi abrasi & pulverizati usui reservantur.

¶ Solvunt obstructiones Hepatis, & aqvas Hydropicorum in corpore exiccant. Colicam item & membrorum resolutionem peculiari facultate sanant.

Flores Antimonii.

℞ Antimonii ℔. j.
Salis Armoniaci ℥.v.

Contusa & diligenter mista per Alembicum in arena sublimentur. Adhærentes Alembico & cucurbitæ collo flores rubeos abscisso vitri collo exime, nigredi-

nem

nem colli fundo hærentem ſemove (qvia Sal eſt Armo niacum) Flores rubei aqva pluviatili vel Vini ardentis pituita in urna ſuper carbones bulliant parum, qvò Armoniaci acrimonia eluatur, hocqve ter aut qvater repetes (ſemper levi vaſis inclinatione effuſa priori) uſq; dũ amplius effuſa aqva acrimoniam non ſapiat. Tunc flores leviter calore per qvàm modico exiccentur & reſerventur.

¶ Purgant & viſcerum obſtructiones ſolvũt Colicæq; medentur.

Antimonii vitrum.

℞ Antimonii crudi opt. ℔.j.ß.
Salis nitri ana ℥.v.

Contrita diligentiſsimè in ollam mittantur vitreatam, qvadratam, oblongam, & in carbonibus ignitis operiantur, dum liqvefiat ♂, & inflammatum Nitrum evaporârit, & Antimonium qvaſi conglobatum ſit: ponatur in tigillum non vitreatum, & calcinetur, vel figulo detur ad calcinandum. Poſt calcinationem, pulverem (qvi eſt impalpabilis & candidiſsimus) inde tigillo vitreato: & adde

Antimonii crudi ℥.ß.
Salis gemmæ vel Boracis ʒ.ij.

Cooperiatur & in ignem immittatur, ita ut carbonibus trium digitorum altitudine obruatur; ſic liqvabitur & coqvetur ſufficiẽter ad dimidiæ horæ ſpacium: qvod tandem fundes ſuper marmor, aut pelvim aurichalceã, & habebis vitrum Antimonii bene præparatum. Cujus doſis à Gr.ij. uſq; ad Gr.x.

¶ Qvo ſi volueris uti, vide nè inteſtina adſint exte-

nuata. Pectus & Pulmones angustati, aut malè habentes. Stomachus difficulter & rarò vomere assvetus, deniq; corpus viribus debilitatis: his præsentibus ab ejus usu abstinendum svadeo. Nam ♁ præsertim si non diligenter à perito artifice præparatum sit, vehementer agitat totum corpus. Purgat enim Stomachum, Intestina & propinqvas partes: nec videtur ex longinqvioribus & remotioribus attrahere. Purgat etiam utplurimum primò per superna vomitu: mox & per alvum satis copiosè, ita ut Ventriculum dejiciat. Exhibetur aliqvando per pulverem & infusum in Vino, aqva simplici vel aqva destillata conveniente, & colata propinatur, ut e. g. in Tertianis in aq. Buglossæ, Endiviæ, Cichorii, &c: aliqvando in theriaca, ut in morbis contagiosis & pestilentibus: aliqvando forma tabularum, de qvibus suprà dictũ: aliqvando aliis permiscetur medicamentis.

Caput VI.

DE CONFECTIONIBUS SOLIDIS.

Antidota solida, qvæ vulgò Cõfectiones nominantur, ex pulveribus simplicibus aut compositis injectis saccharo, dissoluto ad ignem in stillaticio aliqvo liqvore spatulaq; agitatis ac commixtis in varia figura conformantur. Si in rotunda, Orbiculi seu Placentulæ dici possunt, à nostris Rotulæ vocantur O: qvadratâ, Tabulæ aut Tabulata nominantur □: oblongâ, Morselli

ſelli & Lozengiæ Barbaris appellãtur [ ] . Diſtingvũ-
tur Confectiones, in uſitatas & Artificiales. In Artificia-
lib. ea ſervatur proportio, ut ʒ. j ſpecierum, miſceatur
Sacchari ℥. j. vel ℥. j. ß; ℥. j. verò ſpecierum, Sacchari ℔.
j. Cùm Morſelli formantur, ʒ. j. ſpecierum ſufficiunt
Sacchari ʒ. vj. Ac ℥. j. ſpecierum, Sacchari ℥. viij. Liqvi
diorem enim Tabularum materiam, ſolidiorẽ Morſu-
lorum eſſe convenit. In uſitatarum Tabularum forma-
tione ea ferè obſervatur proportio, ut ʒ. j. ſpecierum,
Sacchari ℥. ij. vel ℥. j. ß. reſpondeant. Modus proce-
dẽdi eſt talis: Pulveres triti cretiq; cõfundũtur, Saccha
rum liqvore ſtillaticio, aut qvovis alio, minimè tamen
acido, igne diluitur, deſpumatur expurgaturq;: coqvi-
tur lentè ſupra Syrupi craſsitudinem dum extracta gut-
tula ſoliditatem prorſus adepta videatur. Tum demum
aliqvantum refrigerato, paulatim pulvis inſpergitur &
accuratè pilo agitatur confunditurq; dum æqvabilis ſit
omnium unitas. Mixtis ſimul cunctis per plicam lebetis
ſuper Marmor farina vel pulvere aliqvo Ciñamomi aut
Sãtali rubri ſtratũ, ſpatula aſsiduè Saccharũ pari & æqva
li qvantitate extrahatur; qvod decidens placẽtulæ mo-
do in orbem concreſcit. Si qvid verò remanet in lebete,
dureſcit iterum: ſed pauca aqva affuſâ liqveſcit, dein ex-
trahatur ut prius. In Tabulis & Morſulis Saccharũ diu-
tius agitari additis in fine materiis oportet: qvod dein
in tabulam ſuperficie humectata ſecundùm longitudi-
nem effunditur & ligneis tabellis adpoſitis madefactis
utrinq; cogitur, atqve latitudine & craſsitudine Tabel
larum formatur; poſtea præciduntur & in locum ſiccio
rem tranſponuntur.

TABULAE CONFORTANTES.

Confectiones ſolidæ cõfortantes ex ſpeciebus, qvæ

vel qvalitatum, vel totius ſubſtantiæ ſimilitudine, aut occulta aliqva συμπαθείᾳ partem affectam firmant, roborantq; in tenuem pulverem comminutis adjecto Saccharo, formantur.

TABULAE CALEFACIENTES.

Caput.

Tabulæ Diambræ.

℞ Sacchari in aqvæ Fœniculi, vel Majoranæ ℔.ij. diſſoluti. Coqvatur ad exactam perfectionem: dein ab igne remotum paulatim pul. ſpecier. Diambræ ℥. j. inſpergitur, paſtillo agitetur, qvoad ſufficiat & probe unita ſint, fundantur orbiculi ſec. artem.

Tab Dianthos.

℞ Species Dianthos ℥.j.
Sacchari albi aqva Salviæ, aut Betonicæ ſoluti ℔.j.ß.

Tab Pleres arcoticon.

℞ Spec. Pleresarcotici ℥. j. ß.
Sacchari albi aqva Meliſſæ ſoluti ℥.xvj.
fiant tabulæ.

Tabulæ Nucis moſchatæ, vulgariter Heubttäfelin.

℞ Nuces moſchatas aſſas n°.iij.
Flor. Lavendulæ, Anthos ana ʒ.ß.
Cinnamomi ʒ.j. Sacchari ℥.vij.
Fiant tabulæ pondere ʒ.ij.

Vel ſic.

℞ Nucum moſchatar. leviter uſtarum ʒ.j.
Flor. Lavendulæ, Anthos, Majoranæ ana ℈.j.
Viſci qvercini Gr.vj. Cinnamomi ʒ.j.ß.

Garyo-

Garyophyllorum ʒ.ß.Moſchi Gr.iiij.

Sacchari diſſoluti in aqva Roſarum & Betonicæ ℥.iiij.Formentur tabulæ.

¶ Valent ad Paralyſim,Epilepſiam, Apoplexiam & alios morbos Capitis frigidos.

Qvidam ſimpliciter.

Recipiunt Sacchari aqva Roſarum ſoluti ℔.j.

Olei Nucis moſchatæ ℈.j.ß.vel ℈.ij. & formant tabulas,

Orbiculi Fœniculi.

℞ Sacchari in aqva Roſarum diſſoluti ℔.ß.

Perfecta concoctione ab igne removeatur addaturq; Olei Fœniculi ℈.j.vel ʒ.ß.

Miſceantur probè & orbiculi fundantur.

¶ Capitis affectibus conferunt, viſum acuunt, pectoris anguſtiæ & difficultati ſpirandi ſuccurrunt.

Vel ſic.

℞ Specier.Diamuſchi dulcis,
Diambræ ana ʒ.j.
Dianthos,
Cinnamomi opt.ana ℈.j.
Nucis moſchatæ,Macis,
Sem.Fœniculi ana ℈.j.

Sacchari albiſs.in aqva Betonicæ ſoluti ℥.iij.ß. Miſce, fiant Morſelli ſ.a.

PECTUS.

Tabulæ Diaireos.

℞ Specier.Diaireos S.℥.ß.

Sacchari albiſs.in aqva Tuſsilaginis,vel Capillorum Veneris diſſoluti ℔.ß.

Miſce,fiant tabulæ.

Orbiculi Glycyrrhizæ.

℞ Decocti rad. Glycyrrhizæ ℥. ij.
Sacchari ℔. j. Coqvantur ad consistentiam, formentur orbiculi oblongi.

Orbiculi Bechici.

℞ Sacchari albiss. ℔. j.
Sacchari Candi opti. Sacchari Penid. ana. ℥. iiij.
Rad. Ireos ℥. j, ʒ. vij. Amyli ℥. ij. ß.
Mucilaginis Tragacanthi cum aqva rosacea factę q. s. Fiant orbiculi & signentur.

¶ Auxiliantur tussiculosis & difficulter spirantibus.

Vel.

℞ Specier. Diahyssopi, Diaireos, Diaprassii } ana ʒ. ß.
Sacchari in aq. Hyssopi sol. ℥. ij.
Olei Fœniculi Gr. iiij. fiant tabulæ.

COR.

Tabulæ Diamargaritωn. cal.

℞ Specier. Diamargar. cal. ℥. ß.
Sacchari in aq. Buglossæ sol. ℥. iiij.

Tab. Spec. Lætitiæ Galeni.

℞ Spec. Lætitiæ Gal. ℥. j.
Sacch. opt. ℥. viij.
Aqvæ Melissæ q. s. fiant tabulæ.

vel.

℞ Specierum Diambræ, Pleresarcotici, Lætitiæ Gal. } ana ℈. j.
Cinnamomi ℈. ij.
Garyophyllorum

Macis

Macis ana ℈. ß.
Calami arωmatici,
Zingiberis ana ℈. j.
Pinear. mundat. enucleat. incis. ana ʒ. ij.
Folior. auri nº. iij.
Sacchari albi in aq. Rosar. diss. ℥. iij. ß.
Fiant Morselli.

VENTRICULUM.

Tabulæ Arωmatici Rosati.

℞ Specierum Arωmatici ros. ʒ. ß.
Sacchari albi in aq. Ros. diss. ℔. ß.
fiant tabulæ.

Tab. Diacymini.

℞ Specierum Diacymini ʒ. vj.
Sacchari albi in aq. Fœniculi ℔. ß. sol. fiant tab.

Tab. Dianisi.

℞ Specier. Dianisi ℥. ß.
Sacchari in aqva Anisi soluti ℔. ß. Misc.

Orbiculi Anisi.

℞ Sacchari albi ℥s. in aq. Rosar. diss.
Olei Anisi ʒ. ß. Misce fiant orbiculi s. a.
¶ Ad cruditatem Stomachi ex flatibus, vomitionem, aqvam inter cutem, fluorem uteri album valent.

Confectio Zingiberis.

℞ Zingiberis albi ℥. j.
Galangæ, Garyophyllorum,
Nucis moschatæ, Cinnamomi el.
Zedoariæ, Piperis ana ʒ. vj. fiat pul.
Ad cujus ℥. ß. adde Sacchari albi aqvâ Rosarum soluti ℔ j. Fiat confectio in tabulis.

¶ Ventriculum frigidum roborant,& confortant.

Vel.

℞ Specier. Diagalangæ,
Arωmatici Rosſ.ana ʒ.ß.
Cinnamomi ℈.j.
Zingiberis ʒ.ß.
Garyophyllorum,
Nucis moschatę ana ℈.j.
Sacchari albi in aq.Rosarum sol.℥.iij.
Misce fiant tabulæ.

HEPAR.

Tabulæ Diacurcumæ.

℞ Specierum Diacurcumæ ℥.ß.
Sacchari albi in aqva Endiviæ soluti ℔. ß.
Formentur tabulæ.

Tabulæ Dialaccæ.

℞ Specier.Dialaccæ ʒ. vj.
Sacchari in aq.Eupatorii soluti ℔. ß.

Vel.

℞ Specier.Diarrhodωn Abbatis,
Dialaccæ ana ʒ.ß.
Diacurcumæ ℈.j.
Sem.Anisi ʒ.j.
Cinnamomi ʒ.ß.Sacchari in aqva Fumariæ disso luti ℥.iij.Fiant Morselli.

UTERUM.

Tabulæ Diagemmis.

℞ Specierum Diagemm.℥.ß.
Sacchari in aq.Arthemisiæ soluti ℔.ß.

ARTI-

ARTICULOS.

℞ Specier.El.Litontribon ℥.vj.
Sacchari albiss.aq.Betonicæ soluti ℔. ß.
Misce, fiant tabulæ.

TABULAE REFRIGERANTES.

Caput.

Tabulæ Diarrhodωn Abb. frig.

℞ Specier.Diarrhodωn Abbatis frig.ʒ.j.
Sacchari octuplum.
Aqvæ Rosarum q.s. fiant tabulæ.

PECTUS.

Tabulæ Diatragacanthi frig.

℞ Specier.Diatragacanthi frigidi ʒ.j.
Sacchari albiss.aqva Violarum soluti ℥.xij. Fiant tesseræ.

Tabulæ Diapenidii.

℞ Specier.Diapenid.sine calidis spec.ʒ.ß.
Sacchari albi in aqva Violarum sol.℔.ß.

COR.

Tabulæ Diamargar. frigidi.

℞ Specier. Diamarg.frigidi ℥. vj.
Sacchari aqva Borraginis, vel Rosarum soluti ℔. ß. Misce.

Tabulæ Diatriasantalωn

℞ Specier.Diatriasantalωn ℥.iiij.
Sacchari ʒ.v.
Aqvæ Rosarum q. s. fiant tabulæ.

Manus Christi perlata.

℞ Sacchari solidi ℔.j.

Aqvæ

Aqvæ Rosarum ℔. ß. Coctis ad Electuarii consistentiam, adde

Margaritarum subtilissimè pulveriz. ℥. ß.

Fiant Rotulæ. s. a.

VENTRICULUM.

℞ Coriandri præparati ℥. j.

Cinnamomi el. ʒ. ij. Coralli præpar. ʒ. j.

Santali albi, Mastiches ana ℈. j.

Sacchari albi in aqva Rosar. soluti ℥. x.

Conservæ Rosarum ℥. ß. Fiant Morselli s. a.

HEPAR.

Tabulæ Diarrhodωn.

Tabulæ Diatriasantalωn.

Vel

℞ Conservæ flor. Cichorii,

Flor. Nenupharis ana ʒ. j.

Specierum Diatriasantalωn.

Diatragacanthi frigid.

ana ʒ. ij.

Sacchari albi in aq. Endiviæ soluti ℥. iiij. fiāt tab.

Tabulæ ad Dysenteriam.

℞ Anisi dulcis, Plantag. mund. Cubebarum,

Carabæ bene tritæ & el. ana ʒ. j.

Sacchari candi ad pondus omnium : Formentur tabellæ ʒ. j. aut ℈. iiij. pondere cum aq. Tragacanthi.

Caput VII.

TABULAE PURGANTES.

Fiunt ex speciebus pulueribúsve solutivis simplicibus vel compositis, eo modo eaq; proportione & forma qvâ dictum est.

Pi-

PITUITAM.

Tabulæ Diaturbith.

℞ Spec. Diaturbith. ʒ. vj.
Sacchari albi in aq. Rosac. sol. ℥. iiij. fiant tabulæ. Dosis ℥. ß.

Tabulæ Stibiatæ.

℞ Stibii seu Antimonii præparati ʒ. ij.
Gummi Tragacanthi ʒ. j.
Sacchari albi in aq. Rosarum sol. ℥. iiij.
Olei Anisi Gr. xv. fiant tabulæ pondere ʒ. j.

BILEM.

Tabulæ Electuarii de succo Rosarum.

℞ Specierum Elect. de succo Rosar. ʒ. vj.
Sacchari albi in aq. Endiviæ soluti ℔. ß.
Fiant tabulæ pondere ʒ. iiij. Dos. ℥. ß.

Stomachicum laxativum.

℞ Cinnamomi, Zingiberis ana ʒ. ij.
Garyophyllorum, Galangæ ana ʒ. j.
Nucis moschatę, Spicæ Nardi,
Xyloaloes, Macis, Cardamomi ana ℥. ß.
Scammoneæ ℥. j. Sacchari ℔. j.
Fiant tabulæ s. a.

Vel sic.

℞ Specier. Diamoschi ℥. j.
Diarrhod. Abbatis,
Calami arωmatici ana ʒ. j.
Rhabarbari electi ℈. ij. ß.
Diagridii ℈. ij. ß.
Sacchari in aq. Rosar. soluti ℥. iiij.
Fiant tabulæ. Dosis ℥. ß.

MELANCHOLIAM.

℞ Succi Cydoniorum,

Mellis despumati opt. ana ℔.j.ß.
Garyophyllorum, Zingiberis,
Cinnamomi ana ʒ.j.
Conservæ Buglossæ, Cyrsii, Violarum ana ℥.ij.
Epithymi, Folior. Senæ mund. ana ℥.ß.
Veratri nigri ʒ.vj.
Ex Saccharo q.s. fingantur tabulæ pondere ʒ.ij.

MIXTOS HUMORES.

Tabulæ Diacarthami secundùm vulgatam descriptionem.

℞ Specier. Diatragacanthi frig.
Medullæ sem. Carthami,
Hermodactylor. ana ℥.ß.
Rosarum rubrarum, Succi Glycyrrhizæ,
Cinnamomi ana ʒ.ij.
Turpethi ℥. j. Diagridii ℥. ß.
Sacchari aq. Rosar. soluti q. s.

Vel sic, ut habent Officinæ Basilienses.

℞ Diagridii, Turpethi ana ℥. j.
Medullæ sem. Carthami ℥. ß.
Cinnamomi, Zingiberis,
Spec. Diatragacanthi frigidi ana ʒ. ij.
Cortic. Citri sicci, Carnium Cydoniorum ana ʒ.j.
Sacchari Candi ℥. j.
Sacchari albi dissoluti in aqua Rosarum ℥. x. Misce, fiant tabellæ. Dosis à ʒ.j.ß. ad ʒ.ij.ß.

¶ Pituitam serososq; humores atque etiam bilem è distantissimis evocant atq; ducunt: peculiariter Capitis, Nervorum Articulorumq; doloribus benefaciunt.

Tabu-

Tabulæ Catholici majoris.

℞ Qvatuor sem. frigid. major. mundat.
Sem. Papaveris albi ana ʒ. j.
Tragacanthi ʒ. iij.
Rosarum rubr. Santali citrini,
Cinnamomi ana ʒij.
Zingiberis ʒ. j. Rhabarbari el.
Diagridii ana ℥. ß.
Agarici, Turpethi ana ʒ. vj.

Sacchari albi soluti in aqva Rosarum, in qva fol. Senæ ℥. ij. incoctæ sint ℔. j. Fiant tabulæ pondere ʒ. iiij.

¶ Omnes humores promiscuè trahunt, idq; validius, non è vicinis tantùm; sed & è distantibus sedibus citra corporis perturbationem aut virium jacturam.

Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro Montagnanæ.

℞ Turpethi optimi, Hermodactyl. ana ℥. j.
Rhabarbari ʒ. x. Diagridii ʒ. iiij.
Santali albi, Santali rubri,
Violarum, Zingiberis ana ʒ. j. ß.
Masticis, Anisi, Cinnamomi,
Croci ana ʒ. ß.
Sacchari albi q. s. ℔. j, ℥. ij, ʒ. ij.
Fiant tabulæ.

Tempus exhibitionis est ante cibum duabus vel tribus horis. Purgãtes verò tabulæ tribus aut qvatuor horis cibos præcedant. Interdum etiam Tabulæ per intervalla exhibentur.

Dantur

Dantur orbiculi duo vel iij. plus aut minus pro morbi conditione. Morſulus unus, niſi admodum exiguus, pro vice ſufficit. Ex purgantibus, ut plurimum exhibetur niſi ℥.ß. plus minúsve pro ſumentis viribus per ſe, vel trita juſculo Capi aut Galli.

Caput VIII.

DE CONDITIS ARIDIS.

Conditorum duo ſunt genera in uſu; liqvidorum unum, aridorum alterum. De liqvidis ſuo loco. Arida, qvæ vulgo Confecta, vocantur materiæ Saccharo obductæ & receptorio qvodam veſtitæ. Fiunt ex ſeminibus, fructibus, corticibus arωmaticis fructuũ primùm deſiccatis, ac velut torrefactis: dein liqvido ſaccharo leviter perfuſis agitatiſq; in amplo vaſe æreo ad ignẽ lentũ donec exareſcat atqve inhæreſcat Saccharum, rurſusq; conſperſis liqvore ſaccharino & motu agitationeq; induratis tantiſper, donec undiq; obvolvantur & obdurantur Saccharo. Tinguntur Confecta variis coloribus. Ad flavum recipitur ſuccus Rhabarbari, aut Croci: Ad rubrum, Santalum, Breſilium, Rubiæ radix. Grana tinctorum, flores Amaranthi purpurei: Ad viridem, ſuccus Anethi, Solani, Rutæ: Ad cæruleum, flores Frumenti, baccæ Sambuci: Ad nigrum, Gallæ, Myrobalani, ſuccus corticum juglandium. Qvæ materiæ vino ſublimato, aut aceto dilutæ ſenſim in aheno calenti abſolutis jam Confectis aſperguntur. Si voles varicolora reddere in vicem modò hunc modò illum colorem aſperge.

Confe-

Confecta arida vel ſunt

- *Seminum*
  - Amomi
  - Anethi
  - Aniſi
  - Apii
  - Cardamomi
  - Carvi
  - Coriandri
  - Cubebarum
  - Cucumeris
  - Cucurbitæ
  - Cumini
  - Erucæ
  - Fœniculi
  - Melonum
  - Papav. albi
  - Seſeleos
  - Sinapi
- *Fructuum*
  - Santonici.
  - Amygdal. { amararũ / dulcium }
  - Avellanarum
  - Ceraſiorum
  - Fiſticorum
  - Pinearum
  - Perſicorum nucleor.
- *Corticum*
  - Arantii
  - Citri
  - Cucurbitæ.
- *Arωmatum*
  - Cinnamomi
  - Garyophyllor.
  - Nucis moſchatæ
  - Zedoariæ
  - Zingiberis.

¶ Vſus horum eſt magnus ut Antidotorum confortantium ſacchatorum, tragematum, ad roboranda principalia membra, Ventriculum, Caput, Cor, Hepar.

Caput IX.

DE PASTA REGIA.

Ad Condita arida refertur etiã Confectio hęc à Neotericis inventa: qvæ ordinatur potiſsimum ad morbos Pectoris, vel ad macilentiæ cauſas profligandas.

Vulgaris Offic. hæc eſt.

℞ Amygdal. dulc. mundat. & contuſ. ℔. ß.
Sacchari albiſs. pulver. ℔. j.
Sacchari Candi albi ℥. j.
Aqvæ Roſarum q. ſ. Formetur Marza panis, pane azymo ſubſtrato. Coqvatur olibano, vel vaſe cupreo ad id apto.

Vel ſic.

℞ Sacchari albiſs. ℥. x.
Amygdal. dulc. ℥. viij.
Pinearum, Fiſticorum ana ℥. j.
Maceris ʒ. j.
Aqvæ Roſarum q. ſ.
Fiat panis Marſicus.

Caput X.

DE PILULIS.

Pilulæ, Græcis καταποτια à καταπίνω, sunt medicamentum, qvod deglutiendo sumitur, ad fallendum medicamenti insvavitatem inventum. Conficiuntur ex amaris, acribus & fœtidis, Aloe videlicet, Colocynthide, Scammonio, Agarico, Sagapeno, Sarcocolla, Myrrha aliisqve lachrymis, additis iis, qvæ malitiam eorum corrigunt; omnibus tritis & convenienti pondere permistis, aqvis stillatitiis, aut humore non pingvi qvidem, sed neqve tenui, lento tamen & glutinoso excipiuntur, & in massam tereti forma rediguntur. Ex massa deinde fiunt globuli rotundi: Majores, cùm ex longinqvo humores attrahendi educendiq; sunt: Minores verò, cùm à vicinis membris superfluitates evacuantur.

Pilularum aliæ paratæ habentur in Officinis, aliæ ex his mixtis certa ratione (qvam Medicus præscribit ex morbi cæterarumq; circumstantiarum naturæ ac conditione, artificiosa conjectura collectam) syrupo vel stillaticio liqvore primù emollita formantur.

PILULAE USUALES, SEU SIMPLICES.

PURGANTES PITUITAM.

MITIORES.

Pilulæ de Agarico Mesues.

℞ Agarici ʒ.iij.
Colocynthidis, Sarcocollæ ana ʒ.iij.
[Cord. ʒ.ij.]

Rad. Ireos, Prasſii,

Myrrhæ ana ʒ.j. Turbith ʒ.v.

Hieræ picræ ℥.ß. [Hæc duo Cordus non habet] cum ſapa fiat maſſa.

¶ Auxiliátur Aſthmaticis & aliis Thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humoribus natis.

Pil. Alephanginæ, ſive de Arωmatibus Meſ.

℞ Cinnamomi, Cubebarum, Xyloaloes,

Calami arωmatici, Macis,

Nucis moſchatæ, Cardamomi,

Garyophyllorum, Aſari, Maſticis,

Schœnanthi, Spicæ,

Carpobalſami ana ℥ j.

Abſinthii ſicci, Roſarum ana ʒ. v.

His craſsiuſculè tritis in lib. xij. aqvæ ad duarum partium conſumtionem bulliant & exprimantur. Colaturæ adde

Aloes ſuccocitrinæ bonæ ℔.j.

Lavetur ſæpius aq. pluviæ in ſcutella vitreata: dein ſiccatæ affunde juris præſcripti colati circiter ℔. ij. Tere & ſicca in ſole. Cui poſt adde

Myrrhæ, Maſticis ana ʒ.v.

Croci ℥.iij. Tere bona cõtritione adjiciendo colati, donec exiccetur maſſa.

¶ Ventriculum, Cerebrum & ſenſoria, humorib. craſſis, putribus, pituitoſis purgant, & inde natum dolorẽ diſsipant, Ventriculum roborant, & cõcoctionem ejus juvant.

Pil. Arabicæ Nicol.

℞ Aloes opt. ℥.iiij.

Rad.

Rad. Bryoniæ, Myrobalanorum Flavarum,
Cepularum, Indarum,
Emblicarum, Bellericarum,
Masticis, Scammonii cocti,
Asari, Rosarum ana ℥.j.
Castorei ʒ.iij. Croci ʒ.j.
Excipiantur succo Fœniculi, fiat massa.

¶ Valent ad capitis dolorem, vertiginē, hemicraniámque. Lætitiam generant, mentisq; vigorem conservant: visum acuunt, auditumq; amissum reparant, ac stomachum à vitiosis humoribus purgant.

Pil. Assajareth Avic.

℞ Masticis, Myrobalanorum citrin. ana ℥. ß.
Specier. Hieræ Picræ Galeni ℥. j.
Aloes optimæ ℥. ij. Cum syr. de Stœchade q. s. fiat massa.

¶ Bilem flavam & pituitam sine molestia è Ventriculo potissimùm vacuant. Qvapropter iis, qvibus Caput è ventriculo dolet, conveniunt.

Pil. Bechicæ Mes.

℞ Succi Glycyrrhizæ,
Sacchari boni ana ʒ.vj. [Aliis ʒ.x.]
Amyli, Tragacanthi,
Amygdal. dulcium excorticatar. ana ʒ.iiij.
[Aliis ʒ.vj.]
Cum mucilagine sem. Psillii aut Cydoniorum, fiant pilulæ in ore tenendæ.

¶ Adversus tussim veterem pollent, & gutturis ac faucium asperitatem.

Pil. Benedictæ.

℞ Specier. Benedictæ laxativæ ʒ. vj.

Mellis Rosati q. s. Fiat massa.

¶ Humores pituitosos, potissimum ad articulos decumbentes eliciunt, à Renibus qvoq; & Vesica purgãt.

Pil. de Hiera S. Nic.

℞ Specier. Hieræ S. Gal. ℥. j.
Mellis Ros. q.s. fiat magdaleon.

¶ Adversus vitia Ventriculi ex humoribus biliosis & pituitosis nata prosunt.

Pilulæ Imperiales Nic. Præp.

℞ Cinnamomi, Amomi. Anisi, Mastiches,
Cardamomi, Zingiberis, Zedoariæ, Macis,
Nucis moschatæ, Garyophylliorum, Croci,
Spicæ Nardi, Cubebarum, Ligni Aloes,
Turbith. Mannæ, Agarici, Follicul. Senæ,
Qvinq; generum Myrobalanorum ana ℈.j.
Rhabarbari, Aloes succocitrinæ ana pondus omnium. Confice cum syrupo Rosato aut Violaceo.

¶ Modicũ solvunt, & plurimùm confortant Stomachum, & omnia intestina frigida, muniũt virtutes naturales, removẽt frigiditatẽ, clarificant sangvinẽ & spiritus.

Pil. Mastichinæ Conciliatoris.

℞ Masticis ℥. ß. Agarici boni ʒ.iij.
Aloes selectiss. ʒ.x. Cum sapa vel vino Malvatico cogantur in massam.

¶ Præservant Stomachum ab omni ægritudine, leniter purgant & maximè confortant & non permittunt humores corrumpi, & qvi his utuntur, præservantur à doloribus Stomachi, Capitis, Ventris & Matricis: cõferunt tristibus & Melancholicis, & vitia Matricis corrigunt.

Pil. Stomachicæ Mes.

℞ Turbith. ʒ. x. [Cordus addit Myrobal. citrinor.

Aloes

Aloes ana ʒ. x.]
Masticis ℥. ß. [Cord. ʒ.ij.ß.]
Anisi ʒ. ij.ß. [Cord. ʒ.j.ß.]
Rosarum ʒ.iij. [Salis Indi, Croci ana ʒ. j. Cord.]
Aloes bonæ ad pondus omnium. Cum succo Absinthii fiat massa.

¶ Biliosos & pituitosos vacuant humores, eos potissimum, qvi Caput & Ventriculum obsident.

VALENTIORES.

Pil. Arthriticæ Nicol.

℞ Hermodactyl. Turbith, Agarici ana ʒ. iiij.
Cassiæ ligneæ, Spicæ, Garyophyllorum,
Xylobalsami, Carpobalsami, Zingiberis,
Masticis, Fœniculi, Anisi, Saxifragiæ,
Sem. Asparagi, Rusci, Rosarum,
Salis gemmæ, Granor. Milii Solis ana ʒ. ß.
Aloes opt. ad pondus omnium. Cum succo
Fœniculi vel Chamæpyteos fiat massa.

¶ Valent ad Podagram aliosq; dolores Articulorum.

Pil. Cochiæ Rhasis.

℞ Pul. Hieræ picræ ʒ.x.
Turbith, Stœchados ana ʒ. v.
Scammoneæ præparatæ ℈. ij. ß. [Cord. ʒ. ij. ß. sed ab hac dosi harũ administratio censetur periculosa]
Colocynthidis ʒ. iij, ℈. j. Cum Melle Rosato, vel Syr. de Stœchade fiat massa.

¶ Expurgant Caput magna efficacia, ex eoq; ac nervis crassos humores evacuant.

Pil. de Euphorbio Mes.

℞ Euphorbii, Colocynthidis, Agarici,
Bdellii [vel Myrrhæ] Sagapeni ana ʒ.ij.

Aloes ʒ. v. Cum ſucco Porri fiat maſsa.

¶ Hydropicorũ aqvam citrinam educunt, & materiam tumoris diſcutiunt: opem qvoq; adferunt Lumborum doloribus & Podagræ humidâ causâ concitatæ.

Pil. Fœtidæ majores Meſ.

℞ Sagapeni, Ammoniaci, Opopanacis,
Bdellii, Harmel [ſcil. Sem. Rutæ agr.]
Aloes, Colocynthidis, Epithymi ana ʒ. v.
Turbith ℥. ß. Scammonii ʒ. iij.
Eſulæ, Hermodactyl. ana ʒ. ij.
Zingiberis ʒ. j. ß.
Cinnamomi, Croci, Spicæ nardi,
Caſtorei ana ʒ. j. Euphorbii ℈. ij.

Gummi ſucco Porri diſsolvatur & fiant pilulæ.

¶ Vacuant pituitam craſsam, crudam; ob id conferunt affectib. inde natis, Arthritidi, Podagræ, Gonagræ, dolori ſpinæ & aliarum juncturarum, Ventriculi, Colico, Alphis, Elephantiæ & Albaras.

Pil. de Hermodactylis.

℞ Hermodactylorũ, Aloes, Myrobolan. citrinarum,
Turpethi, Colocynthidis, Bdellii mollis,
Sagapeni ana ʒ. vj.
Caſtorei, Sarcocollæ, Opopanacis,
Sem. Rutæ agr. & Apii ana ʒ. iij.
[Cord. ʒ. j. ß. Cord. ℈. j. ß.]
Succi Braſsicæ q. ſ. ad maſsam formandam.

¶ Adverſus Podagram & Arthritin proſunt.

Pil. de Hiera cum Agarico.

℞ Specier. Hieræ ſimp. Gal.
Agarici recenter trochiſcati ana ℥. ß.
Aloes bonæ ℥ j. Syr. Roſati q. ſ. fiat maſſa.

¶ Auxiliatur Stomachicis, Aſthmaticis & aliis Stomachi

ac

ac Thoracis vitiis, à crassis & pituitosis humoribus natis.

Pil. Lucis majores Mes.

℞ Euphrasiæ ℥. vj. Senæ, Agarici ana ʒ. v.
Qvinq; gen. Myrobalan. Rhabarb. ana ℥. ß.
Colocynthidis, Turbith, Asari, Epithymi,
Absinthii, Violarum, Rosarum, Masticis,
Macis, Nucis moschatæ, Croci, Spicæ,
Schœnanthos, Cassiæ, Cinnamomi,
Garyophyllorum, Calami arωmatici,
Xylobalsami, Carpobalsami, Cubebarum,
Sileris, Seminis Rutæ, Anisi, Fœniculi,
Apii ana ʒ.ij. Aloes succotrēsis, ad pondus omnium. Cum succo Fœniculi fiat Massa.

¶ Excrementa Capitis educunt, visumq; roborant.

Pil. de Sagapeno Mes.

℞ Sagapeni, Ammoniaci, Opopanacis,
Bdellii ana ʒ. ij. Sem. Apii, Ameos,
Rutæ agrestis, Anisi ana ʒ. j.
Acori, Lepidii, Calaminthæ, Folii,
Centaurei min. Polii, Costi, Salis gēmæ ana ℥. ß.
Aloes ʒ.vj. Colocynthidis ʒ. v.
Excipe succo Porri aut Marrubii: fiat Massa.

¶ Pollent ad Ischiadem, Podagram & reliqvarum juncturarum dolorem ac etiam uteri, mēsesq; promovent.

Pil. de Sarcocolla Mes.

℞ Turbith ʒ.iiij. Sarcocollæ dissolutæ in aq. Rosarum ʒ. iij.
Colocynthidis, Zingiberis ana ℥. j. ß.

Salis gemmæ ʒ. j. Incorporentur pulveres cum Sarcocolla infusa in aq. Rosar. & dissoluta, fiant Pilul.

¶ Pituitã vacuant, ob id pituitosis affectibus commodant.

PIL. PURGANTES BILEM FLAVAM. MITIORES.

Pil. Communes seu Ruffi, seu Pestilentiales & sine Custodia.

℞ Aloes electæ ℥. ij. Croci [Cord. ℥. ß.]
Myrrhæ ana ʒ.j. [Cord. ℥. j.]
Cum vino arωmatico fiant pilulæ.

¶ Mirificè adversus pestiferæ luis contagia populatim grassantia pollent. Humores etiam Ventriculo immersos educunt.

Pil. de Eupatorio Mes.

℞ Succi Eupatorii, Absinthii,
Myrobalanorum citrin. ana ʒ. iij.
Rhabarbari ʒ. iij. ß. Masticis ʒ. j.
Croci ʒ. ß. Aloes opt. ʒ. v. Confice cum succo Endiviæ.

¶ Prosunt mirificè in febribus intermittentibus biliosis, morbo regio, jecinorisq; obstructionibus.

Pil. de Rhabarbaro Mes.

℞ Rhabarbari, Succi Eupatorii,
Sem. Endiviæ ana ʒ. iij.
Agarici ʒ. v. Mezeræi ʒ. x. Fiat massa.

¶ In febribus diuturnis, jecinoris obstructionibus & aqvæ intercutem initiis conferunt.

Pil. Sine Qvibus esse nolo Nicol.

Aloes opt. ʒ. xiiij.

Aloe

Myrobalan. Citrinar. Cepularum, & Indarum
[Cordus addit Bellericarum & Emblicarum]
Rhabarbari, Masticis,
Absinthii, Rosarum, Violarum,
Senę, Agarici, Cassuthę ana ʒ.j.
Scammonii, ʒ.vj.ß. Succi Fœniculi q. s.

In hoc Scammonium solvatur, & per pannum trajiciatur, eoqve liqvore tenuissimi pulveres in massam excipiantur.

¶ Mirabiliter purgant Choleram, Phlegma & Melancholiam: valent propriè ad Cataractas & obscuritates oculorum, visum custodientes: auriū dolorem sanant & biliosis conferunt.

VALENTIORES.

Pil. Aggregativæ.

℞ Myrobalanar. flavar. Rhabarbari ana ʒ.iiij.
Succi Eupatorii, Absinthii ana ʒ.ij.
Diagridii ʒ.v. [Cord. ʒ.vj.]
Myrobalan. Chebularum, Indarum,
Agarici, Colocynthidis, Polypodii ana ʒ.ij.
Turbith optimi, Aloes ana ʒ.vj. [Cordus ʒ.vij.]
Masticis, Rosarum, Salis gemmę,
Epithymi, Anisi, Zingiberis ana ʒ.j.
Excipe Electuario rosato, fiat massa.

¶ Valent ad diuturnas febres & vitia Capitis, Ventriculi & jecinoris. Humores item biliosos & pituitosos educunt.

Pil. de Aloe.

℞ Pulpæ Colocynthidis ʒ.j.
Aloes, Scammonii ana ʒ.ij.
Masticis ʒ.ß. [alii ʒ.j.]
Cum succo Absinthii fiat massa.

¶ Pur-

¶ Purgant Stomachum à Cholera & Phlegmate.

Pil. ante Cibum.

℞ Cinnamomi, Garyophyll. Galangæ,
Nucis moſchatæ, Macis,
Zingiberis, Cardamomi, Xyloaloes,
Styracis calamitæ ana ʒ. j.
Rhabarbari, Aloes ana ʒ. ix. Cum ſucco de Abſinthio fiat maſſa.

¶ Humores bilioſos purgant & concoctricem juvãt.

Pil. Aureæ Nicolai.

℞ Aloes, Diagridii ana ℥. v.
Roſar. rubrar. ſem Apii ana ʒ. ij. ß.
Sem. Aniſi, Fœniculi, Maſticis ana ʒ. j. ß.
Croci, Pulpæ Colocynthidis ana ʒ. j.
Mucilaginis gummi Tragacanthi q. ſ. fingatur maſſa.

¶ Caput expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatus Ventriculi, & Inteſtinorum diſſolvunt, ac citra moleſtiam alvum dejiciunt.

PIL. PURGANTES ATRAM BILEM.

MITIORES.

Pil. de Bdellio Meſ.

℞ Bdellii ℥. j. ß. Ameos ʒ. iij.
Myrobalanor. Cepularum, Indarum,
Bellericarum, Avellanarum aduſt.
Succini ana. ʒ. ij. ß.
Infundatur Bdellium ſucco Porri ſectilis & formetur maſſa.

¶ Siſtunt fluxum hæmorrhoidum & ulcerum in eis & menſes immodicos.

Pil.

Pil. Indæ Haly Mes.

℞ Epithymi, Stœchados ana ℥.vj.
Myrobalan. Indarum, Ellebori nigri,
Polypodii ana ℥. v.
Agarici, Lapid. Lazuli loti,
Colocynthidis, Salis Indi ana ℥.iij.
Garyophyllorum ℥. j.
Succi Eupatorii, Spicæ nardi ana ℥.ij.
Hieræ picræ simp. Gal. ℥.j.ß.
Cum succo Apii fiant pilulæ.

¶ Valent ad affectus Melancholicos, Cancrum, Elephantiam, alvos nigros curatu difficiles, Melancholiam morbum & inde ortum tumorē & mœrorem, Qvartanam, Icterum spleneticum & Splenis dolorem.

Pil. de Fumo terræ Avic.

℞ Myrobalanorum Citrinarum,
Chebularum, Indarum,
Scammoneæ ana ℥. v.
Aloes Scrotrensis ℥.vij. Omnia imbuantur succō Fumariæ depurato & toties siccentur: dein fiat massa.

¶ Educunt è corpore humores biliosos, acres & salsos: ideoq; adversus omnia cutis vitia valent.

VALIDIORES.

Pil. de lapide Armeno Mes.

℞ Lapid. Armeni loti & præparati,
Hieræ picræ ana ℥.v.
Epithymi, Polypodii ana ℥. viij.
Scammoneæ in Cydonio coctæ ℥.iij.
Garyophyllorum ℥. ij. Salis Indi ℥.j.ß.
Cum succo Solani fiat massa,

¶ Melancho-

¶ Melancholiam & bilem ustâ multiplicem utramq; clementer vacuant, ob id morbis inde natis conferunt.

Pil. de lapide Lazuli Mes.

℞. Lapidis Lazuli abluti ʒ. vj.
Epithymi, Polypodii,
Agarici ana ℥. j.
Scammoneæ, Hellebori nigri,
Salis Indi ana ʒ. ij. ß.
Garyophyllorum, Anisi ana ʒ. iiij. [Cord. ʒ. iij.]
Hieræ picræ ℥. j, ʒ. vij. Cum succo Endiviæ fiat massa.

¶ Valent ad affectus Melancholicos & bile usta natos.

PIL. PURGANTES HUMORES mixtos simul.

Pil. de Colocynthide.

℞ Aloes, Colocynthidis, Scammonii, Bdellii,
Gummi Arabici, Cortic. Veratri nigri ana ℥. ij.
Euphorbii, Nitri Alexandrini ana ℥. j.
Excipe succo Brasicæ aut mâli Citri, aut Melle Rosato, fiat Massa.

¶ Prosunt ad affectus pituitosos & Melancholicos ut alphos curatu difficiles & juncturarum dolores.

Pil. de Mezeræo Mes.

℞ Fol. Mezeræi aceto macerator. & exiccator. ℥. v.
Myrobalanorum flavarum ℥. ß.
Myrobalanorum Chebularum ʒ. iij.
Mannæ & Tamarindorum aqvę Endivię solutorum q. s. ad pilularum formam.

¶ Serosum excrementum valẽter purgant, seu aqvas ob id Hydropem juvant.

Pil. de octo rebus, sive Optomeræ Nicol.

℞ Aloes

℞ Aloes citrinæ, Diagridii ana ʒ. ij.
Pulpæ Colocynthidis, Epithymi,
Dauci Cretici, Agarici, Masticis,
Myrobalanorum Chebularum,
Absinthii ana ʒ.j. Excipe succo Solani, fiat massa.

¶Purgant humores crassos à Capite, visum clarificant, & cataractas oculorum prohibent.

Pil. de Tribus Fern.

℞ Masticis ℥.ij. Aloes ℥.iiij.
Agarici trochiscati,
Pul. Hieræ simpl. ana ℥. ß.
Rhabarbari el. ℥. ij. Cinnamomi ℥. ß.
Cum syr. è Cichorio q. s. fiat massa.

Servatur Pilularum massa prius in umbra exiccata vesica, corio, vel papyro ceræ liqvatæ intincta involvitur: & pixidibus stanneis loco ficciore reponitur ad annum vel duos.

Vsus verò tempore massa rursus teritur & cum syrupo aliqvo convenienti pilulæ vij, viij, vel ix. aut plures formantur, & pulvere Glycyrrhizæ vel Cinnamomi involvuntur, ut ex seqventibus formulis patebit. Dosis ferè maxima est ad ʒ. j. ß.

Caput XI.

PILULAE COMPOSITAE.

PIL. PURGANTES PITUITAM.

Acuuntur hæ cum Agarico aut trochiscis Alhandal.

Ex Capite.

Pilulæ Alephanginæ	℞ Pil. de Agarico,
Arabicæ	Cochiarum ana ʒ. ß.
Cochiæ	Trochisc. Alhandal. Gr. iij.
ex Colocynthide.	Syr. de Stœchade q. s.

Fœtidæ
Hieræ cum Agarico
Lucis majores
Optomeræ
Stomachicæ

Formentur pilulæ
n°. vij.

Ex Pectore.

Pilulæ ex Agarico
Bechicæ
de Hiera cum Agarico
Pestilentiales Ruffi.

℞. Mass. pil. de Agarico,
Bechicarum ana ℈.ij.
Cum syr. de Liqvir.
fiant pilulæ n°. viij.

Ex Ventriculo.

Pil. Alephanginæ
Ante Cibum
Aureæ
Imperiales
Mastichinæ
Pestilentiales
Sine Qvibus
Stomachicæ.

℞. Massæ Pil. Mastichinarum,
Alephanginarum
ana ℈.j.ß.
Syr. de Mentha q. s.

Formentur Pilulæ
n°. vij. pulvere Cinnamomi involutæ.

Ex juncturis.

Pilulæ Arthriticæ
ex Colocynthide
de Euphorbio
Fœtidæ majores
de Hermodactylis
ex Opopanace
ex Sagapeno
ex Sarcocolla

℞. Pilul. Fœtidar. major.
de Sagapeno,
Arthriticarum
ana ℈. j.
Myrobalanar. Indarum.
℈. ß.
Cum aq. Fœniculi q. s.
fiant pilulæ. n°. vj.

BILEM FLAVAM.

Acuuntur hæ cum Diagridio.

Ex Capite.

Pil.

Pil. Arabicæ.	℞ Maſſæ pil. aurearum,
Aſſajareth.	Sine qvibus eſſe nolo ana ℈.ij.
Aureæ	Diagridii Gr.iij.
Indæ	Cum aq. Roſar. fiant pil. nº. vij.
Lucis	auro coopertæ.
Sine qvibus.	

Ex Hepate.

Pil. de Agarico	℞. Pil. de Rhabarbaro ʒ.j.
Aggregativæ	de Agarico ʒ.ß.
Ante Cibum	Diagridii Gr. ij.
de Eupatorio	Syr. de Bizantiis q. ſ.
de Hiera ſimpl.	formentur pilulæ nº. viij.
Imperiales	
de Rhabarbaro.	

MELANCHOLIAM.

Acuuntur cum pilulis de lapide Lazuli aut Armeni lotis.

Ex Hepate & Splene.

Pil. ex Fumaria	℞. Pilul. de Fumo terræ ʒ.j.
Indæ	de Lapide Lazuli ℈. ß.
de lapide Armeno	Cum ſyr. de Epithymo
de lap. Lazuli.	fiant pilulæ.

Pilulæ Anodinæ præſtantiſſimæ.

℞ Piperis Hiſpanici, Galangæ, Croci, Myrrhæ ana ʒ. j.

Opii ʒ.ij. Cum vino formentur pilulæ ad magnitudinem Ciceris. Doſis pilula una vel duæ horis duabus vel tribus poſt Cænam.

Qvæ majori forma parantur Pilulæ (ut ſunt Capitales) horis tribus aut iiij. à leviori cæna vel media nocte, vel poſt primum ſomnum ſumuntur: Minores

& leves (ut Peſtilentiales, Alephanginæ &c.) hora una, vel duabus ante cibum cõmodè exhiberi poſſunt: Mediocres verò (ut ſunt eæ qvæ alvum dejiciunt) matutinis horis in uſum veniunt.

¶ Pilularum ferè in Capite purgando ſolennis eſt uſus. Cum enim materiæ vacuandæ longinqvitas vulgaribus medicamentis non cedat; ea faciliùs pilulis, qvàm alio qvovis pharmaco propinantur.

Caput XII.

DE TROCHISCIS.

Τροχίσκοι & ἀρτίσκοι ſeu κυκλίσκοι Græcis, Paſtilli ſive Placentulæ, ceu orbiculi cõplanati Latinis, ſunt medicamentum planum, depreſſum in rotæ, aut orbiculi, ſeminísve lupini formam. Horum alii per ſe in corpus aſſumuntur: alii in compoſitiones aliorum medicamentorum recipiuntur: alii extra corpus applicantur, conſtantq; plerunq; ex metallicis, & hi vel ulceribus malignis utiles; vel oculorum morbis inſerviunt, de qvibus ſeqventi capite. Ex eorum numero, qvi intra corpus ſumuntur, alii ex aromatibus, herbis, fructibus & medicamentis qvibuſdam purgantibus cõſtant: alii ad eorum compoſitionem Opium reqvirunt. Fiũt ex medicamentis aridis diligenter contritis, qvæ humore aliqvo non pingvi junguntur excipiũturq; dum coeant, ut aqvâ, liqvore ſtillaticio, vino, aceto, herbarum ſuccis, aut qvadam mucilagine. Humore abſorpto concinnantur rotulæ ceu formulæ orbiculares, lupinorum ſpecie, qvæ aut blando igne exiccantur, aut ſenſim in umbra

bra

bra exarescunt & papyro involuti ligneis pixidibus reconduntur.

TROCHISCI INTRINSECUS SUMUNTUR.

ALTERANTES.

Trochisci de Absinthio Mes.

℞ Rosarum, Absinthii, Anisi ana ʒ.ij.
Rhabarbari, succi Eupatorii, Asari,
Sem. Apii, Amygdal. amarar.
Spicæ, Masticis, Folii ana ʒ.j. Cum succo Endiviæ fiant Trochisci. Exhibentur cum aq. Eupatorii, Apii, aut Intybi destillata.

¶ Obstructiones Ventriculi & Hepatis & ab his dolorem & febres antiqvas tollunt, dictas partes reliqvasq; nutritorias roborant, ac appetentiam excitant.

Trochis. Alkckengi Mes.

℞ Baccarum Halicacabi ʒ. iij.
Sem. Citrulli, Melonum, Cucurbitæ mund. ana ʒ. iij. ß.
Boli Armeni, gummi Arabici, Thuris,
Sangvinis Draconis, Papav. albi,
Amygdal. amar. Succi Glytyrrhizæ,
Tragacanthi, Amyli, Granor. Pini ana ʒ. vj.
Sem. Apii, Succini, Boli, [Terræ sigillatæ]
Hyoscyami, Opii ana ʒ. ij. Fiant trochisci cum aqva Mellis pondere ʒ.jus.

¶ Valent ad Renum & Vesicæ ulcera, & natam inde Dysenteriam.

Trochisci Bechici albi.

℞ Sacchari albiss. ℔.j.
Sacchari Candi, Penidiorum ana ℥.iiij.

Rad. Iridis Florentinæ ℥.ij.

Amyli ℥.j.ß. Mucilag. Tragacanthi ex aqva Rosarum facti q. s. Conformentur trochisci.

¶ Auxiliantur tussiculosis & difficulter spirantibus.

Trochisci Bechici nigri.

℞ Succi Glycyrrhizę ℥. iij. Styracis calamitę ℥.j.ß

Sacchari candi ℥. ij. ß.

Specier. Diaireos Salomonis,

Lohoch sani ana ℥. ß

Sacchari penidii ℔. ß. Sacchari albiss. ℔.ij. ℥.iij.

Mucilag. Tragacanthi cum aq. Hyssopi factæ q. s. fiant trochisci.

¶ Abscissæ vocis jacturam resarciunt, & prosunt his, qvi patiuntur tussim calidam & siccam, leniunt pectus & facilitant sputum.

Trochisci de Berberis Rhasis.

℞ Succi Berberis ʒ.x.

Sem. Endiviæ, Citrulli, Portulacæ ana ʒ.iij.

Rosarum rubrar. ʒ.ij. Rhabarbari ʒ.j.

Spicæ Indicæ ʒ.ß. Fiant trochisci.

¶ Valent ad intemperiem calidã, fluorem Alvi, & Hepatis dolorem.

Trochisci de Caphura Mes.

℞ Rosar. rubrarum ℥.ß. Spodii,

Glycyrrhizæ ana ʒ.ij.

Qvatuor sem. frigid. major. Tragacanthi,

Gummi Arabici, Croci, Spicæ Ind. ana ʒ.j.

Santali citrini ʒ.ij.ß.

Ligni Aloes, Cardamomi, Amyli,

Caphuræ ana ℈.ij. Sacchari albiss.

Mannæ electæ ana ʒ.iij.

Mucilag. sem. Psillii ex aqva Rosarum depromtę q. s.

q. ſ.ad formandos trochiſcos.

¶ Conferunt ad febres ardentes, bilis & ſangvinis fervorem, Ventriculi & Hepatis intemperiem calidam, & ab his ſitim inexpletam: icterum qvoqve ac phthiſim & hecticam curant.

Trochiſci de Capparibus.

℞ Cortic. rad. Capparis, Sem. Agni caſti ana ʒ. vj.
Ammoniaci ℥. ß. Nigellæ, Calamenthi,
Succi Eupatorii, Acori, Amygdál. amar.
Naſturtii, Fol. Rutæ, Ariſtoloch. rot. ana ʒ. ij.
Cyperi, Ceterach ana ʒ. j. Pulveres excipiuntur Ammoniaco in aceto diſſoluto, finganturq; trochiſci.

¶ Excalfactiones mitigant, alvum emolliunt.

Trochiſ. de Croco.

℞ Croci ʒ. iij. Roſarum rubrarum,
Ammi, Myrrhæ ana ʒ. j. ß.
Ligni Aloes ℈. ij. Aq. roſaceæ q. ſ. ad formandos trochiſcos.

Trochiſ. de Eupatorio.

℞ Succi Eupatorii, Mannæ el. ana ℥. j.
Roſarum ℥. ß. Spodii ʒ. iij. ß.
Spicæ Nardi ʒ. iij. Rhabarbari,
Aſari, Aniſi ana ʒ. ij. Cum ſucco Endiviæ, Lupuli & Bugloſsi fiant trochiſci.

¶ Aperiunt obſtructiones Hepatis, ipſum roborant & leviter alvum ſubducunt.

Troch. de Lacca Rhaſ.

℞ Laccæ, Rhabarbari ana ʒ. iij.
Spicæ Indicæ, Sem. Apii, Ameos,
Maſticis, Schœnanthi, Sem. juniperi,

Amygdal. amar. Costi, Rubiæ, Succi Eupatorii,
Asari, Arostolochiæ rot. Gentianæ ana ʒ. j. ß.
Cum aq. Eupatorii fiant trochisci aurei unius.

Trochisci de Myrrha Rhas.

℞ Myrrhæ ʒ. iij. [Cord. ℥. ß.]
Lupinor. optime tritorum ʒ. v.
Folior. Rutæ, Menthastri,
Pulegii [Cervini joub. Qvidam Cumini]
Rad. Rubiæ tinctor. Assæ fœtidæ,
Sagapeni, Opopanacis ana ʒ. ij.
Ex succo Rutæ vel Arthemisiæ formentur Trochisci pondere ʒ. ij.

¶ Provocant menstrua & sedant pasiones, qvæ ex retentione menstruorum proveniunt.

Troch. de Spodio Mes.

℞ Spodii ʒ. x. Sem. Acetosæ ʒ. vj.
Rosarum rubr. ℥. j. ß. Sem. Portulacæ,
Granor. Coriandri aceto infusor. & torrefactorum, Pulpæ Sumach ana ʒ. ij. ß.
Amyli asi, Balaustiorum, Berberis ana ʒ. ij.
Gummi Arabici ʒ. j. ß. Cum succo Agrestę formentur trochisci.

¶ Prosunt ad febres biliosas cum alvi fluore; ad inflammationes Ventriculi & Hepatis; & sitim continuā sedant.

Troch. de Terra sigillata.

℞ Sangvinis Draconis, Gummi Arabici asi,
Rosarum rubrarum,
Amyli asi, Spodii, Acaciæ,

Hypo-

Hypocisthidis, lap. Hæmathitis,
Balaustior. Boli Armeni, Terræ sigillatæ,
Coralli rubri ana ʒ. ij.
Margaritar. Tragacanthi,
Papaveris nigri ana ʒ.j.ß.
Sem. Portulacæ tost. Cornu Cervi usti,
Thuris, Nuc. Cupressi, Croci ana ʒ.ij.
Croci ana ʒ. ij. Cum succo Plantag. formentur trochisci.

PURGANTES.

BILEM FLAVAM.

Troch. de Rhabarbaro Mes.

℞ Rhabarbari el. ℥. j, ʒ. ij.
Succi Eupatorii, Amygd. amar. ana ℥.ß.
Rosarum ʒ. iij. Spicæ Indicæ,
Anisi, Rubiæ tinctorum, Sem. Apii,
Absinthii, Asari ana ʒ.j.
Cum ℥. ß. succi de Eupatorio & Amygdal, fiant trochisc. aurei unius.

¶ Valent ad Hepatis obstructionem, dolorem, tumores preter naturam, affectus inveteratos ejusdem, icterum & formę corruptionem.

PITUITAM.

Troch. de Agarico, sive Agaricus Trochiscatus.

℞ Agarici laudatiss. q.v. Pulverizetur & maceretur in aqva infus. Zingiberis & reducatur in massam.

Qva resiccata denuo maceretur eadem infusione: idq; qvater aut qvinqvies repetatur: tandem formentur trochisci.

vel sic.

℞ Agarici opt. ℥. ij.
Salis gemme, Zingiberis ana ℥. ß.
Syr. acetosi simpl. q. s. fiat trochisci.

¶ Purgant ex Cerebro & Capite Phlegma crassum cũ Cholera mistum, & præcipuè educunt ex pectore crassos humores, putridos & viscosos.

Troch. Alhandal, sive de Colocynthide Mes.

℞ Pulpę Colocynthidis albę & levis à seminibus purgatę ʒ. x.
Confricetur Colocynthis Ol. rosati ℥. j. forficibus minutim incisa. Tandem excipiatur mucilagine seqventium facta in aqva Rosarum per qvatuor dies, nempe
Gummi Arabici, Tragacanthi,
Bdellii ana ʒ. vj. Fiant trochisci, qvi in umbra siccentur.

Trochisci, qvi citra aliorum medicamentorum commistionem exhibentur, sumuntur pondere ʒ. j. ß: qvos verò Opium ingreditur, pondus haud excedat ℈. j. triti autem ex aqva, aut vino, aut qvovis liqvore convenienti dissoluti assumuntur.

TROCHISCI MAGNAS COMPOSITIONES INGREDIUNTUR.

Trochisci Aliptæ Moschatæ.

℞ Ladani puriss. ℥. iij.
Storacis calamitæ opt. ℥ j. ß.

Stora-

Storacis rubræ ℥. j.
Ligni Aloes boni ʒ.ij. Ambræ ʒ.j.
Caphuræ ʒ.ß. [Cord. ℈. j.ß.]
Moſchi ℈.ß. Aq. Roſar. ſtillatic. ℥.iiij.
fiant trochiſci.

¶ Valent pueris patientibus Aſthma & conſtrictioně Pectoris, & etiam non valentibus lac retinere. Fit inde optimum ſuffumigium & odoriferum: nec non magnis compoſitionibus miſcentur.

Trochiſ. Cypheos Damocr.

℞ Pulpæ uvarum paſſarum,
Terebinthinæ puræ ana ℥.iij.
Myrrhæ, junci odorati ana ℥.j.ß.
Calami arωmatici ℥.j, ʒ.j.
Cinnamomi ℥. ß.
Bdellii, Blattæ Bizantiæ,
Spicæ nardi, Caſsiæ ligneæ, Cyperi puri,
Baccarum juniperi maximi ana ʒ.iij.
Aſpalati ʒ. ij. ß. Croci ʒ. j.
Mellis expumati, Vini optimi ana q.ſ. ad trochiſcos concinnandos.

Troch. Diarrhodωn Meſ.

℞ Roſarum rubrar. X. vj.
Glycyrrhizæ X. iij.
Spicæ arωmaticæ, Ligni Aloes ana X. ij.
Maſticis ʒ.ij. Spodii X. j.
Croci X. ß. Cum vino albo fiant trochiſci.

Trochiſci Galliæ Moſchatæ Meſ.

℞ Ligni Aloes crudi ʒ. v.
Ambræ griſeæ ʒ. iij. Moſchi ℈. j.
Excipiätur mucilagine gũmi Tragacãthi liqvati aqva Roſar. & fiãt Trochiſci ad figurã foliorũ Myrthi.

¶ Cerebrum, Cor roborāt, vomitum & alvi profluviū sistunt, oris atq; corporis totius odorem cōmendant.

Trochisci Hedychroi Aetii.

℞ Aspalathi [vel Santali citrini]
Asari, Mari [vel Majoranæ]
Matricariæ ana ʒ.ij.
Calami arωmatici [vel Acori veri]
Junci odorati, Costi, Phu Pontici,
Cinnamomi, Opobalsami [hujus loco Olei
Nucis Moschatæ] Xylobalsami [vel Zedoariæ]
ana ʒ.ij.
Folii, Nardi Indicæ, Casiæ,
Myrrhæ, Croci ana ʒ.vj.
Amomi [vel Acori] ℥.j.ß. Masticis ʒ.j.
Vini opt. q. s. ad trochiscos fingendos.

Troch. Ramich. Mes.

℞ Succi Acetosæ ℔.j, ℥, iiij. Rosarum ℥.j.
Myrtillorum ℥.ij. Bulliant. Colaturæ adde
Gallarum tenuiss. tritarum ℥. iij.
Coqvantur denuo aliqvantulum: dein inspergatur seqventium specierum minutiss. & optimè commistus pulvis

℞ Rosarum ℥.j. Santali citrini ℥.j, ʒ.ij.
Gummi Arabici ℥.j, ʒ.iiij. Succi Agrestę ʒ vij.
Carnium Sumach, Spodii ana ℥. j.
Succi Myrtillorum ℥. iiij.
Xyloaloes, Garyophyllorum, Masticis,
Nucis moschatæ ana ℥. iiij. Misce fiant trochisci s. a. cum Caphuræ X. j. & aq. Rosarum q. s.

Troch. de Scilla.

℞ Medullę Scillę assatę ℔.j.
Farinę Ervi ℥. viij. Simul exqvisitè tunsa digerū-

tur

tur in Trochiſcos & in umbra exiccantur.

Troch.de Vipera.

℞ Viperas electas q. v. Qvibus evapulatis caput & cauda abſcinditur, utrinq; ad qvatuor digitorum mẽſuram. Excoriantur, eviſcerantur & adipe ſuo privantur. Caro ex aqva pura, cũ Anetho viridi & Sale coqvatur, dum oſſa deſerat: exemta teratur pila marmorea, ſenſimq; aſpergatur pari põdere medullæ panis ttiticei are facti, affuſo interim proprio viperarum juſculo, ſi opus ſit, & Opobalſami, vel ol. Nucis moſchatæ momento. Concinnentur trochiſci ʒ.j. pondere, diligenterq; ſiccentur in umbra.

TROCHISCI EXTRINSECUS APPLICANTUR.

Trochiſci albi Rhaſis.

℞ Ceruſſæ ablutæ ℥.j, ʒ.ij.
Sarcocollæ groſſæ ʒ.iij. Amyli ʒ.ij.
Tragacanthi ʒ.j. Opii ʒ. ß. fiant trochiſci.

Trochiſci Andronis.

℞ Flor. Mâli Punici ℥.j, ʒ.ij.
Gallæ immaturæ ℥.j.
Myrrhæ, Ariſtolochiæ ana ℥.ß.
Calcanthi, Aluminis ſciſsilis,
Miſy ana ʒ.ij. Sapæ q.ſ. fiant trochiſci.

Trochiſci Muſæ.

℞ Aluminis ſciſsi, Aloes, Myrrhæ,
Calcanthi ana ʒ.iij.
Croci, Crocomagmatis ana ʒ.iij.
Cytinorum [h. e. florum malorum granatorum domeſticorum] ʒ.iiij. Vini odorati, Mellis ana q.ſ. Formentur trochiſci.

Trochisci Polyidæ.

℞ Flor. Mâli Punici ℥.j.ß.
Aluminis scissilis ʒ.iij.
Thuris, Myrrhæ ana ℥.ß.
Calcanthi ʒ.ij. Fellis Taurini ʒ.vj.
Aloes ℥.j. Vini austeri q. s. ad concinnādos trochiscos.

¶ Trochiscorum forma ideo à Veteribus inventa est, ut medicamenta in pulveres redacta per eam diutiùs conserventur, qvæ alioqvin perirent, exhalarentq; & vires suas amitterent. Nam trochisci sic indurati, densiq; facti, faciliùs aeris injuriis resistunt, pulveres minimè: qvia cū tenues sint, aer statim eos subit, atq; ita immutantur. Nonnunqvam Antidotis, Succis medicatis, Saccharis, Catapotiis, Clysteribus, aliisq; ejus farinæ com miscentur. Præterea utiles sunt pastilli, qvi ab inferioribus partibus injiciuntur, ad eos potissimùm affectus, qvi infra umbilicum infestant. Nam superiùs illorum vis pervenire non potest.

Caput XIII.

DE COLLYRIIS.

Κολλύρια vocantur medicamenta, qvæ oculis admoventur. Et hęc vel sunt liqvida, & privatim hodie à Medicis Collyria nominantur: vel arida, Arabibusq; Sief & Alcohol dicuntur. Arida conficiuntur ex metallicis, herbis, floribus, fructibus aliisq; Plantarum partib. tenuissimè tritis, ac liqvore aliqvo competenti, in pyramidis ferè, vel trochiscorum formam redactis, qvæ usus tem-

tempore vel trita, vel in cote lævigata, & in levissimum pollinem redacta, aliqvo stillatitio liqvore dissoluta instillantur: vel arida inspirantur, aut intra palpebras ponuntur. Siccantur arida in umbra, & chartis involuta pixidibus reponũtur ad annum vel duos. Subjiciemus saltem aliqvot usitatiora, plura videãtur apud Galenũ, Mesueum, Aetium & alios.

Collyrium album Mes.

℞ Sarcocollæ in lacte asinino maceratæ ʒ. v.
Amyli ℥.ß. Tragacanthi ʒ.iij. Opii ʒ.j.
Thuris ʒ.j.ß. Cerussæ lotæ ʒ.x. Aq. pluuiæ q.s. fiat Sief.

¶ Confert Ophthalmiæ, cùm est in augmento & dolorem sedat.

Collyrium album Rhasis,
vide Trochiscos.

Cygnus Galeni.

℞ Cadmiæ ℥.vj. Cerussæ lotæ ℥.j.
Amyli, Tragacanthi, Acaciæ, Opii ana ʒ.ij.
Gummi ℥.j.ß. Aqvæ pluviæ q.s. fiat Collyrium.

¶ Valet ad maximos dolores & affectiones oculorum.

Diarrhodωn Nilei ex Galeno.

℞ Rosarum ℥.ß. Croci ʒ.ij. Gummi ʒ.iij.
Opii, Nardi Indicæ ana ʒ.j.
Aqvæ pluviæ q.s.

¶ Ad doloris molestias, fluxum uberem ac tenuem, pustulas, prolapsus oculorum.

Sief luteum Mes.

℞ Cadmiæ lotæ, ustæ & in lacte muliebri maceratæ ℥.j, ʒ.ij.
Cerussæ lotæ ℥.j. Sqvamæ ferri ℥.ß.

Opij ʒ.ij. Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ℥. ß. Aqvæ pluviæ q.ſ.
Fiat Sief.

¶ Cõfert dolorib. oculorũ vehemẽtiorib. à calida cauſa.

Trypherum Gal.

℞ Cadmiæ lotæ ℥. ij. Ceruſſæ ℥. j.
Amyli, Tragacanthi ana ℥. ß.
Opii ʒ. ij. Aqvæ pluviæ q. ſ. Fiat Collyr.

¶ Adhibetur ad inuſtiones oculorum, puſtulas, epiphoras, & alias affectiones oculorum, qvæ mordacitatem nullam perferre poſſunt.

Viride Meſ.

℞ Aeruginis æris ʒ. iij.
Calchanti uſti ʒ. vj.
Auripigmenti rubri, Spumæ Nitri,
Spumæ maris, Ammoniaci ʒ. j. ß. Ammoniaco macerato in aqva Rutę, fiat Collyrium.

¶ Collyricis utimur in diverſis Oculorum morbis, ulceribus, vulneribus, fiſtulis, ſuffuſionibus, & id genus aliis.

Caput XIIII.

DE APOPHLEGMATISMIS.

Apophlegmatiſmi, Barbaris Maſticatoria, ſunt medicamenta, qvæ retenta in ore & commanſa per emiſſaria palati, Pituitam & qvi in Capite concreverunt humores noxios ejiciunt. Parantur ex Sinapi, Hyſſopo, cortice Capparis, Origano, Thymo, Pulegio, Vvis paſſis, Maſtice, Acoro, Zingibere, Pyrethro, Pipere, & id genus aliis. Horum varius eſt uſus: Aut enim medicamenta in partes minutas conciſa com̃anducantur, dentibusqve

tibusqve confringuntur: Aut trita & contusa succo aliqvo vel liqvore vel melle excipiuntur, & in mansiles pastillos sive trochiscos cogũtur, & cùm postulat usus, unus mandendus præbetur: Aut medicamenta contusa sacculo è subtili linteo confecto induntur & comãducantur: Aut jus decoctorum simplicium, [de qvibus in Gargarismis] diu in ore continetur. Oportet autem manducantem deorsum nuere, & ex intervallis, qvò cõgestus humor effluat, hiare.

Ad dolorem Capitis.

℞ Piperis albi, Zingiberis. Pyrethri ana ʒ. j.
Cum Melle excipiantur, & pastilli mansiles fingantur.

Ad morbum Comitialem.

℞ Pyrethri, Masticis ana ℥. j. Ceræ q. s.
fiant pastilli magnitudine avellanæ, manducanturqve ad horæ dimidium.

Ad Catarrhum.

℞ Masticis ℥. j. Cortic. Capparis ʒ. ij.
Pyrethri ʒ. iij. Piperis nigri ʒ. j. ß.
Vvarum passarum ℥. ß. Mixta pannoqve linteo raro involuta, ad horæ dimidiũ ante cibũ manducẽtur.

Ad dolores Dentium.

℞ Masticis ℥. j. Piperis, Pyrethri ana ʒ. j. ß.
Mellis q. s. fiant pastilli instar lupinorum.

Vsus Apophlegmatismorum est matutino tempore, & tum cùm à reliqvis excrementis Corpus vacuũ est. ¶ Adhibentur ad omnes Capitis vetustos affectus, hebetudinẽ oculorũ, auditûs difficultatẽ, lingvæ resolutiõnẽ, dentiũ dolores, pustulasq; omnes, qvæ Caput aut faciem occupaverint. Post illorum usum aqva calida os abluendum, aut melicrato, aut ptisanæ succo.

Caput XV.

DE SUPPOSITORIIS.

Suppoſitorium eſt remedium ſolidum, oblongum & rotundum, qvod ex materia convenienti vino ſubactũ aut alio liqvore ano aut recto inteſtino inditur, ut ſphincterem irritet & facultatem expultricem ad vacuationem excrementorum. Aliis Glandes, Græcis βάλανοι & ὑπόθετα dicuntur. Diſtingvuntur Suppoſitoria in lenia, fortia & mediocria ſecundùm gradus intenſæ vehemẽtisqve, aut remiſſæ operationis.

Suppoſitoria lenia.

Lenia in qvotidiano uſu familiaria ſunt, qvæ ex Betę radice, Mercurialis aut Braſsicę cauliculo melle peruncto, ſuillo adipe ſale conſperſo, ficu inverſa & butyro, adjecto Sale, farinâ hordei aut tritici aut ſiliginis, ex aqvâ in maſſam redacta, & modico ſale condita: item lardo, caſeo ſalito: aut ex ſapone albo cum ſale & croci momento in linteolo raro ligato, & id genus aliis parantur, ut e.g.

℞ Rad. Betæ vel Mercurialis, fingantur glandes digiti modo longæ & craſſæ, oleoq; intinctæ & ſale aſperſæ inferiùs indantur.

vel.

℞ Farinæ Hordei vel Tritici, Aqvæ coctæ ana q.ſatis, Salis parum. Fiant glandes annulares digiti inſtar longæ, exiccentur.

vel.

℞ Vitellorum Ovor. n°. j. Salis comm. ℈.j.

Permix-

Permixtis probè linteoq; exceptis, ligētur filo, cujus appendix aliqva relinqvatur, ut extrahi posſit. Sunt hæc maximè pro pueris & infantibus.

Mediocria.

Ex solo Melle, vel adjecto Salis momento, vel pulvere Aloes, vel Hierę picrę sim. vel Agarici, similiumq; parantur. Dosis est, ut ℥.j. Mellis, pulverum ʒ.j. vel ʒ.ß, prout opus est, Salis ʒ.j. vel ʒ.ß. misceantur, ut e.g.

℞ Mellis concreti ℥.ß. vel ℥.j.
Salis communis ʒ.ß.
Specier. Hieræ picræ, vel Aloes, vel Agarici ʒ.j. Misce fiat supposit.

Fortia.

Fortia deniq; & vehementiora, ex Melle qvidē etiam fiunt, sed validis medicamētis purgātibus additis, Scammonio vid. Colocynthide, Helleboro albo, Euphorbio Turpetho & similibus concinnantur. In his ʒ.j. Mellis, Pulverum ℈.j. vel Gr. v. Salis ʒ.j, aut ʒ.ß. aspergantur, tali modo: Mel primùm lento igne in exiguo cacabo ad spiſsitudinem incoqvitur: mox inspergātur species & misceantur: pòst in aſserem conjectum in glandes indicis aut digiti modo lōgas craſſasq; formabis, ut

℞ Mellis cocti & concreti ℥.ij.
Pul. Euphorbii ℈.ß.
Colocynthidis Gr.iiij.
Hellebori albi Gr.ij.
Salis communis ʒ.j. Misceantur & fiant glandes

Suppositorium commune Offic. Genev.

℞ Saponis duri ℔.ij. Stercoris Muris ℥.j.
Agarici ℥.ß.
Salis gemmæ, Colocynthidis ana ʒ.ij.

Ficuum ℥.j.
Pulveris Hieræ ℥.j.

Qvibus invicem mixtis suppositoria fiant oblonga.

Aliud ad Lumbricos.

℞ Thymi vel Cyclaminis, vel Absinthii, vel Abrotani triti in mortario ʒ.j, vel ʒ.j.ß. Mellis cocti q. s. Fiat suppositorium.

Notandum tamen dum subjiciuntur, ut prius Oleo, Butyro, aut alia pingvedine illiniantur: sic enim minori molestia induntur, qvod fiet ante cibum unâ vel duabus horis.

Valent & Suppositoria ad Paralysim, si conficiantur ex Pyrethro, Pipere, Napi, Bitumine, Centaurio, Panaceis radice, Hyssopo, Galbano, mixtis cum resina sicca aut pice & Cera.

DE PESSARIIS.

πέσσους vulgo Pessaria vocant. Est verò Pessariū Paulo & Aetio testibus lana pexa, ad digiti formam rotunda, qvo sustinentur medicamenta, ea videlicet, qvæ mulierum genitalibus injiciuntur. Distingvuntur hæc effectibus in Emollientia, Aperientia, Menstrua moventia & Adstringentia.

Emollientia.

Fiunt ex Cera, Resina, Terebinthina, Ammoniaco, Oleis Chamæmelino, Anethino, ex Meliloto, Rosaceo, violaceo &c. pingvedinib. Anseris aut Gallinæ, Butyro,

salis

ſalis experte, medulla cervina, vitulina, vitellis ovorum, ſem. Lini, Fœnugræci, Altheæ & ſimilibus. Qvantitas totius ℥. iij. ut

℞ Axungiæ Anatis, Gallinæ ana ℥.ß.
Ol. Violacei, ſem. Lini, Fœnugræci ana ʒ. ij.
Vngventi Roſacei ℥.j. Fiat peſſarium.

¶ Conferunt hæc Vteri inflammationibus, exulcerationibus, perfrictionibus, ſtrangulationi, averſioni & inflationi.

Aperientia ſ. Menſtrua moventia.

Parantur hæc ex ſimplicibus, qvæ aperiunt & provocant mẽſes, nempe ex Melle, Arthemiſia, Dictamno, Ruta, rad. Iridis, Cyperi, Ari, Sagapeno, Ammoniaco: ſeminib. Fœniculi, Cumini, Apii, Dauci, Myrrha, Bdellio, Galbano & ſimilibus, qvæ ſũt ex ſuo loco petẽda, E.g.

℞ Rad. Coſti, Baccarum Lauri,
Baccarum juniperi ana ʒ. ij.
Sabinæ, Cyperi, Rutæ ana ʒ.j.ß.
Styracis liqvidæ, Myrrhæ,
Caſtorei ana ʒ. ß. Cum melle fiat Peſsus.

His utimur cùm ſuppreſsos fluxus ꝓvocare, aut vulvam conniventem compreſsamq; recludere nitimur.

Adſtringentia.

Materia horũ multiplex: Balauſtia, Acacia, Lyciũ, Sangvis Draconis, Malicorium, Glandes Ilicis, ſurculi Rubi, folia Lentiſci, Galla, Polygonũ, Burſa paſtoris, Thus, Stercus porcinum, &c. ut

℞ Cornu Cervi uſti ʒ.ij.
Thuris ʒ.j. ß, Gallarum ʒ. ij.

Balauſtiorum, Roſar. purp. ana ℥. j. ß.
Gummi Acaciæ, Hypociſthidis ana ℈. ij.
Boli Armeni ℥. ß.

Trita in pollinem leviſsimum ſucco Plantaginis excipiantur, & linteolis deligata fingantur peſsi, qvi per pudendum mulieris induntur.

¶ Adhibentur hæc ut fluxum muliebrem cohibeant, & apertum laxúmve Vterum cõtrahant, prolapſumq́; reprimant.

Notandum venit, qvòd non ſemper lana excepta indantur, ſed interdum aptis liqvoribus, gummiq́; ac reſinis additis ad formã paulò antè dictam cogãtur. Nonnunqvam etiam medicamenta ſubjecta bombyce ſeu ſerico, aut linteo tenuiſsimo obducuntur, & Vtero ſubjiciuntur. Habeant etiam Peſsi prælongum filum alligatum, qvo facilè, qvando viſum eſt, extrahi poſsint.

Subjiciuntur Veſperi & dum ſomni tempus appetit, & ſex aut ſeptem horis in Vtero relinqvantur, ac ſubinde extrahantur.

Caput XVI.

DE SACCULIS.

Qvæ Veteribus dicebantur Fomenta, hæc hodie Sacculi nominantur. Componuntur ex herbis, floribus, radicibus, ſeminibus, metallicis, terrenis &c. His leviter contuſis & conciſis ſerico vel linteolo obducuntur, & acu tranſverſim miſsâ conſuuntur: ne ſcil. ea, ex qvibus conſtant, in unam omnia partem labantur & declinent

nent. Adhibētur Capiti, formâ Frōtalis, Cuculli, ſeu Cucuſæ: Vētriculo, formâ ſcuti: Cordi verò, jecinori, Lieni & Vtero juxta earum formam parantur & formātur.

Saccul. pro Capite.

℞ Salviæ, Sampſuchi, Roſmarini,
Stœchados, Betonicæ ana ʒ. ij.
Cort. Citri ſicci, Granor. Alkermes ana ʒ.j.ß.
Piperis, Cardamomi, Garyophyllorum,
Nucis moſchatæ ana ʒ.j. Cōtuſis & conciſis craſſiuſculè fiat Cucupha, qvæ conſuatur.

Alius.

℞ Coriandri ℥. ß. Sem. Lactucæ ʒ.iij.
Sem. Papav. ʒ.ij. Flor. Violarum,
Nenupharis ana ℥.j. Roſar. rubr. ℥.ß.
Miſce fiat pulvis, qvo impleatur ſacculus latus q̄nq; digitos, longus pedem unum pro fronte.

Sacc. pro Corde.

℞ Meliſsæ, flor. Bugloſsæ, Roſmarini,
Sem. Ocymi, Cardui benedicti,
Ligni Aoes, Maceris ana ʒ.j.
Croci ℈.j. Fiat pulvis, q interſuatur ſacculo Cordi apto.

Pro Ventriculo.

℞ Roſarum rubrar. Menthæ, Abſinthii,
Salviæ, Sampſuchi, Anethi ana ʒ. ij.
Garyophyllorum, Nucis moſchatæ,
Galangæ, Schœnanthi ana ʒ. j. Arida terātur craſſiuſculè, & redigātur in pulverē ad ℥.j.ß. carptoq; bombace excepta geminis linteis cōſuatur in ſcuti formam.

Ad Colicam.

℞ Milii torridi P.iiij.Salis P.iij.
Folior.Lauri P.ij. Contuſa in ſacculo Ventri admoveantur.

Sacculi utplurimum, priuſqvam adhibeantur, lapidi ab igne excalefacto imponuntur, ac vino aut aceto, aut convenienti liqvore ſtillaticio, ac ſubinde contracto calore partibus laborantibus admoventur.

Caput XVII.

DE ODORAMENTIS.

Odoramenta ſunt medicamenta tam ſimplicia, qvã compoſita, qvæ ſuo odore Cerebrum alterant, aut gravem odorem, aut peſtilẽtem auram depellere poſſunt. Interdum ſimplicia tantùm admoventur (ſic Nigella in aceto macerata & rurſus ſiccata & linteolo tenui inſerta Naribus adhibetur: ſic ſpongia interdum aliqvo liqvore madefit, & rotundo globulo ligneo perforato indita naribus admovetur.) Nonnunqvam multa ſimul ſimplicia miſcentur, ut tempore Peſtis. Sæpe etiã ex iiſdem ungventa, aut orbiculi odorati (Poma noſtri vocant) componuntur. Ingredientia, qvæ adhibentur ſunt Moſchus, Ambra, Nigella, Majorana, Styrax, Garyophylli, Ocymum, Stacte, Spica Nardi, Lavendula, Lignum Aloes, Ladanum, Roſæ, Violæ, Santala, Caphura, &c.

Sacculus odoratus.

℞ Cubebarum ℥.ß. Garyophyllor.℈.j.

Nigel-

Nigellæ tostæ ℥.j.ß.Maceris ℈.ij.

Contusa & trita diligenter serico induntur.

Pulvis Violarum.

℞ Iridis Florentinæ ℔.ß. Rosar. ℥.iiij.
Cyperi ℥.ß. Majoranæ, Garyophyllorum
ana ℥.j.
Santali albi odoriferi,
Benzoini ana ℥. iiij.
Storacis Calamitæ ℥.j. Trita serico induntur.

Pomum Ambræ.

Storacis ʒ.iij. Garyophyllorum,
Cinnamomi ana ʒ .ij.
Macis, Nucis mosch.ana ʒ.j.
Ligni Aloes ʒ.ß.Moschi,
Ambræ ana Gr. iij.Masticis ʒ. j.ß.

Trita & contrita liqvore stillaticio Majoranæ excipiuntur, fiat massa pro pomis.

Aliter.

℞ Ladani ℥.j.Styracis Calam.℥.j.
Benzoini ʒ.ij. Garyophyllorum,
Nucis moschatæ, Ligni Aloes ana ʒ.ß.
Cinnamomi, Santali albi,
Spicæ ana ʒ.j.ß.
Moschi, Ambræ ana q.s.addendo
Pulveris Violarum ʒ.ij. fiant Poma s. a.

Pomum odoratum pro Peste D. Caspari Bauhini.

℞ Laudani ℥.iij.Styracis calam.℥.j.
Benzoini ℥.ß.Garyophyllor.ʒ.iij.
Rosarum rubrarum ʒ.ij.

Ligni Aloes, Santali albi ana ʒ.j.
Majoranæ, Lavendulæ,
Sem. Nigellæ odor. ana ʒ. ß.
Camphoræ Gr. iij.
Styracis liqvidæ ℥. ß. Fiat massa pro Pomis.
Qvi valet carius habere, addat
Ambræ,
Moschi ana Gr.ij.

Pomatum.

℞ Axungiæ Capreoli lotæ cum aq. Rosarum ℔.ij.
Pomorum n°. xij.
Garyophyllorum, Calami arom. ana ʒ. ij.ß.
Iridis Florentinæ ℥. ß.
Cinnamomi, Nucis moschatæ ana ℈. ß.
Sampsuchi ʒ. ß.
Cyperi, Lavendulæ ana ʒ. ij.
Bulliant in duplici vase. Quibus adde
Moschi fini ad placitum.

Candelæ pro fumo vulg.

℞ Ladani ℥. vj. Styracis rubræ ℥. iiij.
Styracis calamitæ ℥. iij.
Styracis liqvidæ q.s.
Baccarum juniperi ℥. j. ß.
Garyophyllor. ℥. j. Carbonum ℔. j. ß.
Cũ infusione Tragacanthi formentur Candelæ.

Sapo moschatus.

℞ Saponis Veneti ℔. iiij. incidatur minutiss. Adde
Pulv. Garyophyllorum,
Santali albi ana ℥. ij.
Benzoini ℥. j. Moschi Gr. xij. Distemperentur in aqva Rosacea. Alii addunt Ol. Spicæ guttas aliqvot: sed

ſed melius Ol. Garyophyllorum aut Macis.

Poma Saponis odoriferi.

℞ Ireos Florent. ℔. ß.
Roſarum, Calami arωmat. ana ʒ.vj.
Santali citrini, Lavendulæ ana ʒ.iij.
Garyophyllorum ℥.ß. Cyperi ℥.j.ß.
Saponis ℔. viij. fiunt Poma ad pondus ʒ.vj.

Caput XVIII.

DE SUFFUMIGIIS.

Suffimēta, Θυμιάματα Græci & Ανακαπνίσματα vulgo Suffumigationes vocant, ſunt medicamēta, qvæ incenduntur, aut ignitis carbonibus ſubjiciuntur. Fiunt ex rebus odoratis, ut Moſcho, Zibetho, Benzoino, Ambra, Styrace, Ladano, Thure, Maſtice, Gallia moſchata, Camintha &c: aut fœtidis, videlicet Caſtoreo, Galbano, Bdellio, Bitumine, Gagate, & id genus aliis.

Formantur ferè tribus modis: Aut enim in pulveres rediguntur, qvi carbonibus ignitis inſperguntur: Aut pulveres ſucco, liqvoréve aliqvo, vel reſina potiſsimū Terebinthina ſubacti in paſtillos ſive placentulas coguntur, qvi carbonibus impoſiti ſenſim in halitus reſolvuntur: Aut in oblongas pyramidales columellas tribus pedunculis innitentes formantur, qvi incenſi ardent tantiſper, donec conflagrent, halitus gratiſsimi odoris expirantes. Illa vulgus Trochiſcos, hæc Candelas odoratas nominat.

Suffim. ad Caput.

℞ Trochiſcor. Galliæ moſchatæ,

Salviæ, Majoranæ, Rosmarini ana ʒ.j.ß.
Maceris ʒ.j. Garyophyllorum,
Cinnamomi ana ℥.vj.
Foliorum Lauri ʒ.ß. Ligni Aloes ℈.j.
Moschi Gr.iij. Terantur singula & commixtis omnibus fiat pulvis, qvi exigente usu carbonibus vivis inspergitur.

Ad Cor.

℞ Rosarum rubr. flor. Stœchados,
Rosmarini ana ʒ.j. Thuris ʒ.ij.
Garyophyllorum, Macis,
Xyloaloes ana ʒ j.ß, Detrita in pulverem imbecillis & deficientibus injiciantur.

Ad Pulmones.

℞ Thuris, Masticis ana ʒ.iij.
Santalorum ana ʒ.j.
Storacis Calamitæ, Ladani,
Rosarum rubrarum ana ʒ. ij. His tritis fiat pulvis pro suffumigio.

Suffim. contra Pestem.

℞ Cyperi ℥.ij. Baccar. juniperi ℔.ß.
Coriandri præparati ℥.iij. Thuris ℔.ß.
Sandarachæ ℥.v. Myrtillorum ℥.ij.
Ladani ℥.vj. Misce pro suffimento.

Trochisci pro fumo.

℞ Ligni Aloes odori ʒ.j.
Santali utriusq; ana ʒ.ß.
Benzoini ʒ. j. ß. Cinnamomi el. ℈.j.
Sacchari puriss. ʒ.vj.
Ambræ optimæ Gr.ij. Cum mucilag. Tragacanthi

thi ex aqva Roſarum fiant trochiſci parvi pro fumo & ſignentur.

Candelæ pro fumo.

℞. Aſſæ dulcis ℥.ß. Pul.Ireos ʒ.ij.
Ligni Aloes, Nucis moſchatæ,
Garyophyllorum, Maſticis ana ʒ.j.
Styracis Calamitæ ʒ.ij.
Santalorum omnium ana ℈.ß.
Caphuræ Gr.v.
Ambræ, Moſchi ana Gr.iij.
Sacchari albi ℥.iiij. Cum mucilaginibus Tragacanthi & Styrace liqvida pauca & aqva Roſarum fiant Candelæ.

¶. Proſunt Suffimenta ad ſpiritus reficiendos, & Cor exhilarandum ab externaq; malignitate vindicandum, ad craſſam pulmonũ Pituitam & infarctus ſolvendos: ad ſiccandum roborandumq; Cerebrum, ejusq; deſtillationes coercendas ex convenienti ſingulorũ materia.

DE MEDICAMENTIS HUMIDIS, ACTU.

SECTIO IIII.

Sectionis qvartæ Capita.

Antido-

Caput I.

DE ANTIDOTIS.

Ἀντιδότους καὶ Ἀντίδοτα, vocabant Veteres medicaměta, qvæ intra corpus aſſumpta non foris applicata morbis mederentur. Hæc trifariam diſtingvuntur à Recentioribus in Alexipharmaca, (qvibus adjungunt Alexiteria) Opiata, & ſimpliciter Antidota.

I. DE ALEXIPHARMACIS ET ALEXITERIIS.

Ἀλεξιφάρμακα & ἀλεξιτήρια Recentiores vocant Confectiones magnas. Componuntur enim ex magno ſimplicium numero, qvibus omnibus ineſt vis contraria venenis ſeu medicamentorum, ſeu animalium. Horum primus ferè autor fuiſſe Mithridates Ponti rex, etſi ante eum Antiochus Theriacâ, ſed exiguâ, uſus fertur. Modus miſcendi eſt talis : Mel optimum in fictilem patinā conjectum aqvæ vel alterius liqvoris qvadrante diluitur, ſenſimq; moderato igne coqvitur atq; deſpumatur, cumq; expurgatum planè fuerit, deponitur & fervore ſeda-

re ſedato, perductoq; ad teporem, qvi immiſſum digitum admittat (nam calidius pulverem vim abſorbet) in libras ſingulas ternæ (Aliis binæ. Nam de qvantitate variant Authores) contuſorum pulverum unciæ paulatim inſperguntur, paulatimq; ligneo pilo Melli permiſcentur, & aſsiduè verſant.., donec perfectè fuerint mixta; qvod agnoſces, ſi neq; grumi, neq; bullæ, neq; lineæ, neq; feſtucæ, neq; id genus alia: ſed ubiq; ſubſtantiæ & coloris æqvalitas conſpiciatur. Cùm mixtura prorſus infrixit, eximitur & pixidibus vitratis aut ſtanneis aut plumbeis (ſi acetum non admixtum habeat) reconditur, nec liqvida nimis, nec ſolida, ut dein mutua ſimplicium actione melior ſuccedat fermentatio. Pixides etiam, ſive vaſa non ad ſummum uſq; repleantur, ne dum fervet, exundet ac diffluat.

Theriaca Andromachi ſenioris, aliàs Γαλήνη dicta, ob maximam qvam adfert Corporibus tranqvillitatem.

℞ Trochiſcorum Scillitic. ℥.vj.
Trochiſc. Viperę, Hedrychoi magmatis,
Piperis longi non carioſi [nigri Cord.]
Opii Thebaici recentis ana ℥. iij.
Iridis Illyricæ [aut Florentinæ]
Roſarum rubrar. ſiccar. Succi Glycyrrhizæ ſicci, Sem. Napi ſylveſtris,
Scordii Cretici, Opobalſami,
Cinnamomi, Agarici [albi Pont. Cord.] ana ℥. j. ß. Coſti [albi & recent.]
Nardi Indicæ, Dictamni Cretici,

Rhabâ

Rhapontici recentis [Qvibusd.Rhabarb.]
Rad. Pentaphylli, Zingiberis,
Marrubii, Stœchados, ,Schœnanthi,
Sem.Petroselini Macedonici, Nepetæ,
Casſiæ ligneæ, Croci, Piperis albi,
Piperis nigri[Cord. longi]Myrrhæ,
Thuris maſculi, Terebinthinæ [Chiæ
Cord.] ana ℥. vj.
Rad. Gentianæ, Mei [Athamantici Cord.]
Phu Pontici, Nardi Celtici, Amomi,
[vel ejus loco Acori aut Carpeſii]
Chamæpiteos , Comæ Hyperici vigentis,
Folior. Malabathri, Polii montani,
Chamædryos, Carpobalſami, Sem. Aniſi,
Sem.Fœniculi, Cardamomi, ſem. Seſeleos,
Ameos, Thlaſpi, Succi Hypociſthidis,
Acaciæ, Gummi Arabici ſplendidi,
Styracis calamitæ liq . Terræ Lemniæ,
Chalcitidis uſtæ vel aſſæ [Cord. ſemiaſſæ.]
Sagapeni [Perſici Cord.] ana ℥.iiij. [Aliis ℥. ij.]
Ariſtolochiæ longæ, ſ. tenuis, Centaurei minoris,
Sem. Dauci, Cretici,
Opopanacis, Galbani puri, Bituminis judaici,
Caſtorei ana ℥.ij.
Mellis Attici ℔.ij.
Vini optimi ℔. iij, ℥.iiij.

¶ Adverſatur virulentarum beſtiarum ictibus, & exitialibus venenis: Comitiales, attonitos, reſolutos, Cephalalgicos, Aſthmaticos, Hæmaptoicos, Stomachicos Ictericos, Hydropicos, Nephreticos, Colicos, Arthriticos, Melancholicos, Lymphaticos, atq; etiam Elephãticos juvat: menſtrua & mortuum fœtum excludit,
Cor,

Cor, Cerebrum, Hepar, Stomachum, & corpus universum mirè corroborat, & à pestilenti contagione tuetur.

Mithridatium.

℞ Myrrhæ, Nardi Indicæ ana ℥. j. ß, ℈. ß.
Croci, Cinnamomi, Scordii,
Zingiberis ana ʒ. vij. ß. Opii ʒ. iiij, Gr. xxv.
Styracis, Séseleos, Abrotani,
Libanotidis ana ʒ. v.
Castorei ʒ. vj. ß, ℈. ß.
Polii, Costi, Piperis longi, sem. Dauci,
Schœnanthi, Galbani,
Terebinthinæ ana ʒ. vj. ß.
Piperis albi ʒ. v, ℈. j.
Petroselini seminis, Nardi Celticæ,
Sem. Fœniculi, Folii Indi aut Maceris,
Gentianæ, Rosarum siccarum,
Mei Athamantici ana ʒ. iiij.
Cassiæ ligneæ ʒ. v. ß. Thuris ʒ. vj, ℈. j.
Succi Hypocisthidis ʒ. vj, Gr. xv.
Acori aut Calami arωmatici,
Phu Pontici, Sagapeni, Carpobalsami,
Hyperici, Iridis, Acaciæ, Gummi,
Cardamomi, Nigellæ ana ʒ. ij.
Terræ Lemniæ, Lumborum Scinci,
Cypheos, Opopanacis ana ʒ. ij.
Thlaspios ʒ. vi, ℈. ij.
Anisi, Hyssopi, Chamæpiteos ana ʒ. iij.
Opobalsami, Aristolochiæ rotundæ,
Marrubii ana ʒ. j.
Mellis optimi despumati ℔. vij. ß.

¶ Vires Theriacæ proximè accedit, & ad eosdẽ usurpatur

patur

patur affectus, usu qvidem faciliorem & minore acrimonia caloris.

Theriaca Diatesserωn Veterum.

℞ Rad. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ [Myrthi Qvibusdam]
Aristolochiæ rotundæ ana ℥.ij.

Laboriosè trita omnia excipiantur Mellis optimi despumati ℔.ij. Dosis ab ʒ.ß, ad ʒ.j.

¶ Ad Epilepsiam, Cõvulsionem, Paralysin, Ventriculi cruditatem, cachexiam & hydropem, aliosq; frigidos affectus: præterea adversus haustum venenum, virulentarum bestiarum morsum, & pestilentem constitutioné apprimè utilis.

Antidotus Esdræ.

℞ Amomi ℈.xij. Sqvinanthi ʒ. ix.
Pyrethri ℈.vj. Croci ℈.xxxvj.
Cinnamomi ʒ.vj. Myrrhæ Trogl. ℈.xij.
Styracis calam. ℈.xviij.
Petroselini, sem. Dauci Cretici ana ℈.iij.
Tragacanthi ℈.vj. Succi Hypocisthid. ℈.ix.
Ireos, Abrotani ana ℈.xv. Sem. Fœniculi ℈. vj.
Bdellii ℈.ix. Thuris ʒ.j.
Sulphuris vivi ℈. vj. Sem. Hyoscyami albi ℈. xxvij.
Casiæ ligneæ ℈.ix. Sem. Papav. ℈.xxx.
Spicæ Nardi ℈.xij.
Sem. Rutæ, Sem. Ocymi ana ℥.j.
Rhois Obsoniorum ℈.Lv. sem. Anethi ℈. vj.
Asari ʒ.j. Cardamomi ℈. vj.
Opii ℈.xxvij. Euphorbii ℈.vj.

Piperis

Piperis nigri ℈.xxx. Rosar. ℈.ix.
Psillii [Qvidam Phylli] ℈.xij.
Opobalsami ℈.xxiv. Ventris Mergi ℈.vj.
Laccę, Lycii Indici, Garyophyll. ana ℈.xij.
Stercoris reperti in alvo Mergi ℈.vj.
Flor. Nerii ℈.iiij. ß. Rhabarbari ℈.xij.
Mei Athamantici ℈.vj.
Terrę Cimolię ℈.xij. Succi Arthemisię ℈.xx.
Folior. Cichorii ℈.ix. Spicæ Celticę ℈.xij.
Castorei ʒ.j. Costi, Gentianæ ana ℈.xij.
Magmatis Hedychroi ℈.ix. Anisi ℈.vj.
Sisonis ℈.xviij. Thymiamatis, Ammoniaci,
Folior. Citri ℈.xij. Vini veteris odorati q.s.
Mellis despumati opt. ℔. v. aut vj.

¶ Mirificè contra lethalia venena prodest & alios multos usus pręstat, de qvibus vide Aetium lib.13. cap.101. & Paul. lib.7. cap.11.

Antidotus Matthioli.

℞ Rhabarbari, Rhapontici veri,
Radic. Valerianę, Acori, Cyperi,
Qvinqȝfolii, Tormentillæ,
Aristol. rotundæ, Peoniæ,
Enulę, Costi, Iridis,
Chamęleontis albi ana ʒ.iij.
Galangę, Imperatoriæ,
Millefolii, Filipendulæ,
Zedoarię, Zingiberis ana ʒ.ij.
[Addi potest radix Asclepiadis]
Agarici ʒ.iij.
Rosmarini maris, Gentianę,
Morsus Diaboli ana ʒ.ij. ß.

Semin. Citri, Agni casti,
Cocci baphici, Fraxini,
Acetosæ, Pastinacę syl.
Napi, Nigellæ, Peoniæ,
Ocymi, Irionis, Thlaspi,
Fœniculi, Ammi ana ʒ.ij.
[Addi possunt sem. Angelicæ, Cardui benedicti]
Baccarum Lauri, juniperi, Hederæ,
Smilacis asperæ, Cubebarum ana ʒ.j.ß.
[Addi possunt baccę herbę Parydis]
Folior. Scordii, Chamędryos, Chamæpityos,
Centaurei minoris, Stœchados,
Spicæ Celticæ, Calaminthæ, Rutæ,
Menthę, Betonicæ, Verbenæ,
Scabiosæ, Cardui benedicti,
Melissæ ana ʒ.j.ß.
Dictamni Cretici ʒ.iij.
Majoranæ, Hyperici, Schœnanthi,
Marrubii, Galegæ, Sabinæ,
Pimpinellæ ana ʒ. ij. [Addi possunt folia Citri]
Fructuum Caricarum, Nucum,
Pistaciorum ana ℥.iij.
Myrobalanorum Emblicarum ʒ.iiij.
Florum Cordialium, Rosarum, Lavendulæ,
Salviæ, Rorismarini coronar. ana ℈. iiij.
Croci ʒ. iij.
Casiæ odor. [i. Cinnamomi ʒ. x.]
Garyophyllorum, Nucis moschatæ,
Macis ana ʒ.ij.ß.
Piperis nigri, longi, Trium Santalorum,
Xyloaloes ana ʒ.j.ß. Cornu Cervi crudi an. ℥.iiij.
Vnicornu ʒ. j.

Ossis

Ossis de Corde Cervi, Limaturę Eboris,
Virgę cervinæ, Castorei ana ℈. iiij.
Terræ Lemniæ ʒ. iij. [ejus loco bolus præparatus sumi potest] Opii. ʒj. ß.
Masticis, Thuris, Styracis,
Gummi Arabici, Terebinthinæ,
Sagapeni, Opopanacis, Laserpitii ana ʒ. ij. ß.
Moschi odorati, Ambræ griseæ ana ʒ. j.
Olei Vitrioli ℥. ß.
Specierum Cordial. temperatar.
Diamargarit.
Diamoschi,
Diambræ,
Elect. Diagemmis,
Trochiscor. de Caphura, de Scilla ana ʒ. ij. ß.
de Vipera ℥. ij.
Succi Acetosæ, Cicerbitæ, Scordii,
Echii, Borraginis, Melissæ ana ℔. ß.
Hypocisthidis ʒ. ij.
Theriacæ electæ, Mithridatii opt. ana ℥. vj.
Vini antiqvi odoriferi ℔. iij.
Sacchari aut Mellis ℔. viij. ß. vel utraqve poni possunt ad medietatem.

Ex his omnibus, selectis omni diligentia & arte paratur Electuarium instar Theriacę aut Mithridatii. Cujus dosis à ʒ. j. ad ʒ. ij, vel pro habitu & ætate ægroti.

Exitialibus Venenis & ferarum virus ejaculantium ictibus adversatur. Pestis contagia arcet, & ipsos infectos à peste pondere ʒ. j, aut ʒ. ij. cum aqva Cardui benedicti, Scabiosę, Tormentillę aut Scordii singulis diebus exhibita curat & restituit.

Antidotus præstantißima Tabernæmontani.

℞ Pulv. Antimonii opti. præparati ʒ. iij.
Doronici Romani, Terræ lemniæ,
Boli Armeni ana ℈. j.
Cortic. mâli Citri. Croci, Caphuræ,
Tormentillæ, Santali citrini,
Vnicornu ana ℈. ß.
Eboris combusti Gr. xv.
Coralli rubri, Cinnamomi el.
Spicæ Indicæ, Margar. præparat. ana Gr. v.
Aloes lotæ ℥. j, ʒ. ij.
Conservæ Rosarum, Buglossæ ana ℈. iij.
Theriacæ el. Mithridatii opt. ana ℈. j. ß.
Syr. Acetositatis Citri q. s. fiat Elect.

Dosis à ℈. ß. ad ℈. j. vel ℈. j. ß.

¶ Medetur Pestilentiæ & his, qui venenũ hauserunt.

Antidotum vulgat. aliàs Anglbergii Norimberg.

℞ Sulphuris vivi ʒ. j. ß.
Camphoræ ʒ. j, ℈. j.
Zedoariæ, Diptamni, Angelicæ,
Gentianæ, Aristolochiæ veræ,
Tormentillæ, Phu veri, Morsus Diaboli,
Pimpinellæ, Ligustici, Veronicæ,
Verbenę, Cardui benedicti,
Baccarum Lauri, juniperi ana ℈. ij.
Foliorum Rutæ ʒ. ß. Myrrhæ ʒ. j.
Boli armeni orientalis ʒ. ij. Croci ʒ. ß.
Specierum Elect. de Gemmis,
Diamargarit. frigidi,

Diamo

Diamoschy dulcis,
Diatriων santalων ana ℈.j.
Ossis de corde Cervi ℈.ij.
Electuarii de Ovo ʒ. j.
Syr. Acetositatis Citri ʒ.ij.
Theriacæ electæ ʒ.iij.
Mithridatii ʒ.ij. Misce fiat Elect.

¶ Hactenus de Alexipharmacis. Qvæ non solùm adversus venena, qvæ per morsus vel per cibos, vel per potiones, vel per inspiratum contactúmve inferuntur sed adversus viscerum interiorumq; partium affectus omnes, ad vires qvoq; corroborandas & ad expurgandos humores dantur & exhibentur. Seqvuntur jam Opiata.

Caput II.

II. DE OPIATIS.

Opiata, qvæ & Ἀνώδυνα & παρηγορικὰ vocarũt Veteres, sunt præstantiora qvædam Antidota Narcωtica, id est stupefactiva, ab Opio, qvod ingreditur compositionem eorum, dicta. Dosis à ℈.j. ad ʒ. j. Veteres ad summum Nucis avellanæ magnitudine præbebant.

Sumuntur vesperi, dum itur cubitum in vino aut alio convenienti liqvore.

Athanasia major Nicolai.

℞ Cinnamomi, Casiæ ligneæ ana ʒ.iiij, Gr. vij.
Croci, Schœnanthi, Styracis calamitæ,
Phu, Seseleos, Betonicæ, Sem. Hyoscyami,

Apii, Dauci, Anisi, Opii ana ʒ.j.ß, Gr.iij.
Spicę Indicę, Folii, Castorei, Myrrhæ,
Lap. Hęmathitis, Sang. Draconis,
Coralli rubri, Mumiæ, Boli Armeni,
Symphyti, Helenii, Acori, Asari,
Cortic. rad. Mandragoræ, Polii,
Baccar. Lauri, Mei, Macropiperis,
Sem. Petroselini ana ʒ.ß.
Sem. Qvinq;nervię [h. e. Plantag. min.]
Myrthi, Rosarum ana ℈. iij, Gr. iiij.
Succi Hypocisthidis, Acacię,
Sem. Oxyacanthę & succi ejus ana ℥. ij.
Succi Qvinqvenerviæ ℥. iij.
Mellis Attici aut Sacchari q. s.

¶ Dysenteriâ laborantibus & Cœliacis confert atqve ad fluxum muliebrem utilis est. Facit ad profluvium sangvinis narium & eos qvi cibum non retinent in Ventriculo. Sangvinis præterea à qvacunq; causa natis rejectionibus auxiliatur.

Aurea Alexandrina.

℞ Asari, Carpobalsami,
Sem. Hyoscyami albi ana ʒ.ij.ß.
Garyophyllorũ, Myrrhę, [Bac. Myrthi Actuario.]
Cyperi, Opii Thebaici,
Opobalsami, Cinnamomi, Folii,
Zedoariæ, Zingiberis, Costi,
Coralli rubri, Casiæ ligneæ, Euphorbii,
Tragacanthi, Thuris, Styracis,
Nardi Celticæ [Salvię Alexandr.]
Mei, Cardamomi, Seseleos,
Napeos [seu sem. Sinapeos, Apium Actuar.]
Saxifragiæ [Actuario, Rad. Saxifragiæ Qvibusdã]
Anethi, Anisi ana ʒ.j.

Xyloaloes, Rhei [alii Rhabarbari]
Aliptæ moſchatæ, Caſtorei, Spicæ Nardi,
Galangæ, Opopanacis, Anacardii,
Maſticis, Sulphuris vivi, Rad. Pæoniæ,
Eryngii, Carnis Palmularum,
Been albi & rubri, Roſarum,
Thymi, Acori, Pulegii, Ariſtol. longæ,
Gentianæ, Cortic. Radicum Mandragoræ
Chamædryos, Phu, Baccarum Lauri,
Dauci Cretici, Ameos, Macropiperis,
Xylobalſami, Carvi, Amomi, Petroſelini,
Sem. Leviſtici, Sem. Rutæ,
Sinonis [hujus loco Actuarius ponit Hyſſopum & addit Electrum] ana ʒ.ß.
Limaturæ Auri & Argenti tenuiſs.
Margaritarum, Blattæ Bizantiæ,
Oſſis è corde Cervi ana Gr. xiv. [Cord. Gr. xv.]
Limaturæ Eboris, Calami arωmatici,
Pyrethri ana Gr. ix. vel viij. [Actuar. Gr. xxix.]
Mellis deſpumati q. ſ.

Nicolaus Alexandrinus in fine addit
Sapphyri, Smaragdi, Jaſpidis ana ʒ.j.
Nucis Avellanæ ʒ.ij.

¶ Contra defluxiones Capitis frigore cõceptas efficax eſt: oculorum lachrymas exiccat, dentium dolores lenit; adverſus Capitis cruciatum ſummopere prodeſt, illitum frontis, comitiales, inſanos, vertiginoſos, & in univerſum omnem Capitis noxã mulcet, Tabidis, tuſſiculoſis, humorem à thorace rejicientibus, Cardiacis, ſangvinẽ excreantib. præsẽti eſt auxilio, Iſchiaticis, Coli & Renum cruciatibus. Adverſus Iliorum noxam, difficultatẽ Vrinæ & ejuſdem ſtillicidiũ valet; Calculos

comminuit, omni ventris malo liberat, qvotidianis & tertianis febrib. circa accessionis initiū sub fervefacto Stœchadis jusculo medetur.

Diaolibanum Nicol. Alex.

℞ Castorei, Opii, Hyoscyami albi ana ʒ.xix. [Cordus ʒ.iij.]
Cassiæ ligneæ ʒ.xvj. [Cordus ʒ.ij, ℈.ij.]
Folii, Croci, Thuris masculi ana ʒ.xij. [Cord. ʒ.ij.]
Rhapontici, Amomi ana ʒ.x. [Cord. ʒ.j, ℈.ij.]
Myrrhæ ʒ.ix. [Cord. ʒ.j.ß.]
Spicæ, Pyrethri, Rad. Peoniæ, Styracis calamitæ, Piperis longi ana ʒ.vj [Cord. ʒ.j.]
Euphorbii, Piperis albi ana ʒ.ß. [Cord. ℈.ij.ß.]
Mellis despumati pondus triplex.

¶ Vtile est ad diversas passiones Capitis, Hemicraniā placat, & supercilii lachrymas potenter stringit, fauces rheumatizatas & arterias lenit, hæmoptoicis & tussientibus medetur, vomitum compescit, dolorē Stomachi & nauseā aufert. Peripneumonicis, Pleureticis, Empyicis subvenit: Gonorrhœam & Satyriasim emendat & menstrua sistit.

Musa Enea, Aliis Zazena, vel Egetea, vel Sagenea, vel Azaravii Antidotus.

℞ Castorei, Myrrhæ, Opij, Melanopiperis, Macropiperis, Galbani, Costi, Cinnamomi, Phu, Mei, Dauci, Asari, Croci ana ℥.ß.
Mellis despumati, aut Sapæ triplum.

¶ Valet ad omnes passiones frigidas & Ventositates crassas & dolorem dentium, & corrosionem eorum, & ad frigus stomachi, & tarditatem digestionis, & difficultatem Vrinæ, & ad frigus & phlegma & ad mucositatem urinæ

Philo-

Philonium Romanum Gal.

℞ Croci ℨ.v.Pyrethri,Euphorbii,
Spicæ Nardi,Myrrhę,Caſtorei ana ℨ.j.
Piperis albi [Cord.ℨ.xx. Hyoſcyami [Cord. ℨ. viij.] ana ℨ.xx. Opii ℨ.x.
Mellis optimi deſpumati ℔. ij. Doſis à ℈. j. ad ℨ.ß.

¶ Poſt ſex menſes datum ex Opio, vehementes & acerbos dolores conſopit, Colicos, Nephreticos atq; Pleuriticos, ſomnum accerſit, deſtillationem ſiſtit, tuſsimq; lenit, ſangvinis excreationem exhibet.

Philonium majus Nicol.

℞ Hyoſcyami [ſcil.ſem.albi] Piperis albi ana ℥.v.
Opii ℨ.ij.ß. Croci ℈.ß.]
Euphorbii [& Coſti ana ℨ.j.Cord.] ℨ.j.
Spicæ Nardi,Zedoariæ ana ℨ.xv. [Cord. ana ℈. ß,Gr.v.
Petroſelini,Fœniculi, Dauci Cretici ana ℈. ij, Gr.v. [ana ℨ. ß. Cord.]
Caſsiæ ligneæ, Cinnamomi ana ℨ.j.ß.
Sem.Apii, Myrrhæ Caſtorei ana ℨ.j.[Myrrhā & Caſtoreum Cord.non habet.]
Mellis optimi q.ſ.Doſis à ℈.ij.ad ℨ.j.

¶ Emendat tuſsim cum vino multo oblatū,Peripneumoniam cum hydromelite,ſangvinis ſputum cū Polygonii ſucco.Indigeſtionem Stomachi & vomitum cum poſca,dolorem Hepatis cum Oenomelite curat, Spleneticis & auriginoſis cum Oxymelite ſubvenit, Cæliacis cum apozemate Rutæ,Pleuriticis,Ilioſis,Nephreticis & Veſicæ ſymptomatis Cholericis medetur.

Philonium Perſicum Meſ.

℞ Papav.albi,Hyoſcyami ana ℥.ij,ℨ.iiij.

Opii, Terræ sigillatæ [vel Boli Armeni veri] ana ℥.x.
Lap. Hæmathitis opt.præparati.
Croci ana ℥.v. Castorei, Spicæ Indicæ,
Euphorbii, Margaritar. non perforatar.
Carabæ, Zedoariæ, Doronici,
Trochiscor Ramich ana ℥.j.
Camphoræ ℈.j. Mellis Ros. opt. triplum.

¶ Sistit menstrua, hæmorrhoidas, fluxum ventris, vomitum & sputum sangvinis, consolidat fermè ulcera & venas, & ab abortu præservat prægnantes gravidas.

Reqvies Nicolai.

℞ Rosarum, Violarum ana ℥.iij.
[Opium Cordus addit]
Cortic. rad. Mandragoræ,
Sem. Hyoscyami albi, Papaveris albi,
Scariolæ, Lactucæ, Portulacæ, Psillii,
Nucis moschatæ, Cinnamomi,
[Zingiber joubertus addit] ana ℥.j.ß.
Santalorum omnium, Spodii,
Tragacanthi ana ℈.ij.
Mellis optimi expumati triplum: vel
Sacchari Candi ℥.j.
julepi Rosati seu Alexandrini q.s.

¶ Hæc Antidotus licèt habeat minus Opii qvàm omne Opiati genus, valide tamen refrigerat aliorum simplicium refrigerantium permistione. Confert multum ad leniendos ardentium febrium æstus, sitim lenit, deliria reprimit, somnum accersit & reqviem præstat.

Tryphera magna Nicol.

℞ Opii, Cinnamomi, Garyophyllorum,
Galangæ, Spicæ Indicæ, Zedoariæ,

Zingibe-

Zingiberis, Costi, Styracis calamitæ,
Calami arωmatici, Cyperi, Iridis,
Peucedani, Acori, Mandragoræ, Spicæ Celticæ,
Rosarum, Piperis, Anisi, Apii,
Petroselini Macedonici, Dauci, Hyoscyami,
Fœniculi, Ocymi, Cymini ana ʒ.j.
Mellis q.s. vel triplum.

¶ Ventriculo frigido auxiliatur, sudorem provocat, Phreneticis & mulieribus qvæ ex Melancholia de Matrice insomnes sunt, Rheumaticis, Peripneumonicis & qvi excernunt excrementa cum sangvine, utilissima.

Theriaca Diatesserωn nova D. Caspari Bauhini.

℞ Theriacæ optimæ,
Mithridatii optimi ana ℈.ß.
Opii Gr.ij. vel iij.
Conservæ Anthos ℈.j.
Misce pro dosi una.

¶ Vsus hujus ad vehementissimos dolores Colicos, qvamvis etiam ad alios dolores potissimum Intestinorum usurpari possit.

[Dicitur Theriaca, qvia basis Theriaca: Diatesserωn verò, qvia qvatuor sunt qvæ ipsum constituunt, ad imitationem Diatesserωn veterum. Additur deniq; Nova, ad differentiam veteris descriptionis.]

Anωdinum præstantissimum, & expertissimum.

℞ Specierum Diagalangæ ʒ.j.
Piperis ℈.j.
Croci, Galangæ, Euphorbii,

Myrrhæ ana ℈.ß.
Moſchi Gr.iij. vel iiij.
Opii diligentiſsimè tuſi cum piſtillo ferreo calido, diſsolutiq; in Vino Malvatico ℈.j.ß. Confice ſ.a. Addere poteris Vnicornu Gr.ij.

Datur à ℈.ß.ad Gr.xv.vel in forma Elect.vel Pilularum. Sumitur etiam in pulveris forma cum vino horâ ſomni.

¶ Opiatis utimur in magnis doloribus, Colicis paſsionibus, aliisq; affectibus, qvi mitigatione indigent.

Caput III.

III. DE ANTIDOTIS SIMPLICITER DICTIS.

Antidota ſimpliciter, nuncupantur ea, qvæ vel morbis ex Cacochymia ortis auxiliantur educẽdo atq; evacuando humores cientes morbos, vel partes imbecillitate correptas roborant ac confirmant, tum alterando reſtituendoq; virtutem debilitatam. Horum duo ſunt genera Alia enim liqvida, alia ſolidiori forma parantur. De ſolidis ſuprà diximus: ſeqvuntur liqvida, qvæ & Electuaria vulgo dicuntur, ſuntq; triplicia, vel enim alterant, vel confortant, vel purgant.

ANTIDOTA LIQVIDA ALTERANTIA.

Antidota liqvida alterantia, qvæ Galli Opiatas molles generaliter vocant, licèt Opium non ingrediatur, fiunt

fiunt ex aromatibus, ſimplicibus convenientibus contritis, vel ex pulveribus illis, qvas Officinæ Species vocant, Serapio, liqvefacto Saccharo aut Melle dilutis: qvandoq; Sacchara ſeu florum Conſervæ miſcentur. Ratio mixturæ talis eſt, ut ℥.ß, pulverum ſeu ſpecierum addantur ℥.iiij. prædictorum liqvorũ: vel ʒ.j. pulverum ℥.j. vel ℥.j.ß miſceantur.

El. ad Ventriculi frigiditatem alterandam.

℞ Pulveris Garyophyllorum, junci odorati,
Galangæ, Cinnamomi, Macis,
Nucis moſchatæ, Majoranæ,
Salviæ, Menthæ ana ℈.ß.
Syrupi de Mentha ℥. v. Miſce fiat Electuarium, ſeu Antidotum liqvidum.

Ad Tuſſim.

℞ Caſsiæ recentis ℥. ij.ß.
Diacarthami ʒ.vj.
Penidiorum recent.
Diaireos ſimplicis ana ℥.ß.
Conſervæ Violarum ʒ. iij.
Aniſi dulcis,
Pulv. Liqviritiæ ana ʒ. ß. Cum ſyrupo violarum q. ſ. fiat Opiata mollis.

Caput IIII.

ANTIDOTA LIQVIDA CONFORTANTIA.

Antidota liqvida confortantia, qvæ membra debili-

tate

tate affecta roborant, duorum ſunt generum : aut enim præparata antea & ad uſum repoſita habentur : aut judicio Medici ex certarum ſpecierum mixtione conficiuntur. Illa vulgo Vſualia : hæc Magiſtralia vocantur.

ANTIDOTA SEU ELECTUARIA LIQVIDA CONFORTANTIA USUALIA.

RESPICIENTIA CAPUT.

Anacardina confectio Meſ.

℞ Piperis nigri, Piperis longi,
Myrobalanorum Chebularum,
Bellericarum,
Emblicarum,
Indarum,
Caſtorei ana ʒ. ij.
Coſti, Anacardi, Sacchari boni,
Nigellæ [Cord. Sem. Erucæ, Fuch. Meliſsæ]
Baccarum Lauri ana ʒ. vj.
Cyperi ʒ. iiij. Anacardi terantur per ſe, dein aliæ medicinæ, & conficiantur cum butyro vaccino & melle, qvantitate æqvali bullitis prius. Datur poſt ſex menſes, dum retundatur Anacardorum malignitas.

¶ Acuit Cófectio hæc intellectũ, ſubtiliat ſenſũ, memoriam recuperat, & cófert dolori Stomachi & Vẽtris à frigiditate facto & clarificat ſangvinẽ, colorẽ bonũ facit.

El. Diacorum.

℞ Acori veri qvàm tenuiſsimè triti ℥. iiij.
Piperis nigri ℥. j. Piperis longi,
Garyophyllorum, Zingiberis,
Macis ana ʒ. iiij.
Nucis moſchatæ, Galangæ,
Cardamomi ana ʒ. iij.

Mellis

Mellis q. ſ. Miſceantur omnia diligenter cum radicibus Siſeris & uniantur diligenter agitando, ne grumi aliqvi relinqvantur.

¶ Confert mirum in modũ ægritudinibus Nervorum, acuit omnes ſenſus & ingenium, ſedat dolores Capitis: eſt peculiare remedium frigidarũ ægritudinum, ſenum, & maximè Catarrhi.

El. Diambra.

℞ Specierum Diambræ q.v. Excipe
Syrupo Roſato ex aqva Roſarũ, fiat Electuarium.

El. Diamoſchum dulce.

℞ Specier. Diamoſchi dulcis q.ſ.
Mellis deſpumati qvadruplum. Miſce.

El. Diamoſchum amarum.

El. Dianthos.

El. Diapeonias.

℞ Rad. Peonias ℥. j.
Macis, Spicæ Indicæ, Croci,
Coralliorum rubeorum, Marg. perforat.
Maſticis ana ʒ. ß.
Myrtillorum verorum ʒ. j. ß.
Cinnamomi, Nucis moſchatæ,
Garyophyllorum, Malabathri,
Zingiberis, Piperis longi, Cardamomi,
Granorum Paradyſi ana ʒ. ij.
Glycyrrhizæ ʒ. v. Anacardi ʒ. j. ß.
Moſchi, Ambræ ana Gr. vj.
Mellis deſpumati triplũ. Cõficiatur Electuariũ.

¶ Confert Epilepſiæ.

El. Pleresarcoticon.

℞ Cinnamomi, Garyophyllorum, Xyloaloes,

Galangæ, Spicæ Nardi, Nucis moſchatæ,
Zingiberis, Spodii, Schœnanthi,
Cyperi, Roſarum, Violarum ana ʒ.j.
Folii aut Maceris, Glycyrrhizæ,
Maſticis, Styracis calamitæ, Sampſuchi,
Balſamitæ, Ocymi, Cardamomi,
Macropiperis, Myrtillorum,
Cortic. Mâli Citri ana ʒ. ß, Gr. vj.
Margarit. ſplend. Been albi & rubri,
Coralli, Serici combuſti ana Gr. xviij.
Moſchi Gr. vj. Camphoræ Gr. iiij. Miſce f.a.

Diacodium.

℞ Capita Papav. mediocr. cùm maturitate, tum magnitudine nº. xij.
Aq. Pluviæ ℔. ij. Coq. ad tertias. Colaturæ adde
Sapæ opt. ad tertias
coctæ ℥. iij. Mellis opt. ℥. ij.
Coqvantur ſimul, addendo ſub finem
Roſarum rubrarum, Balauſtiorum,
Acaciæ, Rhois culinarii tritor. ana ʒ. ij.
Sem. Portulacæ, Coralli albi & rubri ana ʒ. j.
Miſce.

Somnum accerſit, deſtillationes Cerebri, qvocunq; irruant, arcet, Ventriculum firmat, dyſenteriam, aliaq; alvi profluvia ſiſtit.

PECTUS.

Diairis ſimplex
Diairis Salomonis
Diapenidion.

Diathamarωn, vel ut Alii Diacomerωn Nicolai.

℞ Antophyllorum,

Zingi

Zingiberis ana ʒ.v,℈.j,Gr.xvj.
Cinnamomi,Garyophyllorum,
Carnis Dactylorum ana ʒ.iiij,℈.j, Gr.xvj.
Ossium Dactylorum,Galangæ,
Spicæ Indicæ,Zedoariæ,Costi,
Pyrethri,Coralli albi [joubertus omittit.]
Corall. rubri,Rhapontici [vel ejus penuria Rhabarbarum] Spicæ Celticæ,
Tragacanthi,Anacardi,Carpobalsami,
Anisi,Baccarum juniperi,
Leucopiperis ana ʒ.j,℈.ij.ß.
Limaturæ auri puri, Limat.argenti meri,
Ossiũ de Corde Cervi ana ℈.ij.ß.[Cord.℈.ij.ß, Gr.vj.]
Rasuræ Eboris,Moschi ana ℈.j,Gr.vij.
Ambræ ℈.j.Mellis q.s.

His addit joubertus,Blattæ Bizantiæ,
Margaritar.integrarum,
perforatarum ana ℈.ij.

¶ Efficaciter prodest difficulter spirantibus,arteriacis, tussientibus, tabidis & omni thoracis & stomachi offensæ:Aqvæ subterfusæ, renum doloribus:voluptatem parit,corporaq; saginat.

Diatragacanthum calidum.

Diatragacanthum frigidum.

Diapapaver, sive Lohoch de Papavere Mesue.

℞ Papaveris albi ℥.iij,ʒ.j.
Amygdal.dulcium excorticat.
Granor.Pini mundati,
Gummi Arabici,Tragacanthi,

Succi Glycyrrhizæ ana ℥.j, ʒ ij.
Amyli, Sem. Portulacæ, Lactucæ,
Sem. Cydoniorum ana ℥.ß.
Croci ʒ.j Penidiarum albarum ℥.iiij.
Cum syr. de Papavere q. s. fiat Electuarium.

¶ Juvat tussim & gutturis asperitatem à Catarrho calido & tenui (quem sputum liquidum indicat). Eum enim coquit & crassat. Confert etiam febribus ardentib. dolenti thoraci, pleuritidi.

Electuar. Resumtivum Nic.

℞ Rosarum, Glycyrrhizæ,
Sacchari ana ʒ.ij, Gr.v.
Gummi Arabici, Tragacanthi ana ʒ.ij, ℈.ij:
Santali albi, rubri ana ʒ j, ℈.j.
Papaveris albi, Succi Glycyrrhizæ,
Amyli, Sem. Portulacæ, sem. Lactucæ,
Sem. Scariolæ ana ʒ.iij.
Garyophyllorum, Spodii,
Cinnamomi, ana ʒ.j.
Zingiberis, Styracis calam. ana ʒ.ij.
Croci Gr.v Penidiarum ℥.ß.
Sem. Cucurbitæ, Citrulli,
Cucumerum, Melonum ana ʒ.iij.
Sem. Cydoniorum ℈.ij.
Amygdal. dulcium, Pineor. nucleorum,
Berberis. Sem. Malvæ Sem. Bombacis,
Sem. Violarum. Sebesten pulpæ,
[Cordus addit Nympheæ]
Cum syrupo violato fiat Electuarium.

¶ Restaurat humiditatem radicalem, lenit, humectat, nutrit

nutrit & confortat, aperit poros, obſiſtit choleræ, ſedat febrem, tuſsim & ſitim: reſtituit integras vires & priſtinam ſanitatem extenuatis, conſumtis & hecticis.

C O R.

Arωmaticum Garyophyllatum.

Arωmatum Roſatum Gabrielis.

Deſcriptiones horum vide in Speciebus.

Confectio Alkermies, ſeu ex Granis tinctoriis.

℞. Succi pomor. dulcium,
Aqvæ Roſarum (qvibus ſetæ ℔. j. fuerit per diē naturalem infuſa & multum expreſſa) ana ℔. j. ß.
Succi granorum Kermes ℔. j.
Sacchari ſolidi ℔. j. Coqve ad ſpiſsitudinem Mellis. Remoto ab igne, & tepido adde
Ambræ crudæ ʒ. ij. Sine vel liqveſcat.
Super hunc projice dein ſeqventia pulverizata
Ligni Aloes crudi,
Cinnamomi electiſs. ana ʒ. vj.
Lapid. Lazuli loti & præparati ℥. j. ß.
Margaritar. albarum ʒ. ij.
Folior. Auri, Moſchi boni ana ʒ. j.
[Moſchi ℈. j Fœſio] Confice ſ. a.

¶ Divina velut qvadam virgula confectio hæc langvētes vires reficit & recreat, Syncopi & Cordis palpitationi, inſaniæ febricitantium & mœrori ſuccurrit. Triſtitiam & mentis alienationem depellit.

Elect. de Gemmis, seu Diamargariton calidum Jouberti.

℞ Margaritar. splendidarum ʒ.j.ß.
Fragmentor. Sapphyri,
Hyacinthi,
Sardæ,
Granatorum,
Smaragdi ana ℈.ij, Gr. v.
Zedoariæ, Doronici, Cortic. Citrei mali,
Maceris, sem. Ocymi, Garyophyll. ana ʒ.j.
Coralli rubri, Succini, Eboris ana ℈.ij.ß.
Been albi, Been rubri, Garyophyllorum,
Zingiberis, Piperis longi, Spicæ Indicæ,
Folii, Croci, Cardamomi majoris ana ʒ. ß.
Trochisc. Diarrhodon, Ligni Aloes ana ʒ. ij. ß.
Cinnamomi, Galangæ ana ℈. ij, Gr. v.
Folior. Auri, Argenti ana ℈.j.
Ambræ ʒ. j. Moschi Gr. xv. Mellis q. s.

¶ Malis Cordis, Ventriculi, Cerebri, jecinoris & Vteri frigidis auxiliatur. Itē palpitationi Cordis, defectioni animę ac concoctioni, tristitiam deniq; citra causam ortam amovet.

El. Pleresarcoticon.

Elect. Lætitiæ sive exhilarans Galeno attributum.

℞ Succi pomor. dulc. & odoriferorum,
Cydoniorum arωmaticorum,
Flor. Borraginis, Vini veteris ana ʒ.ij. ß.
Sacchari albi q. s. fiat syrupus. Cui insperge pulverem seqventem,

Semi,

Sem. Basiliconis, Croci, Zedoariæ,
Xylobalsami, Carpobalsami, Corticis Citri,
Galangæ, Macis, Nucis moschatæ,
Storacis calamitæ ana ℥.ij.ß.
Anisi, Rasuræ Eboris, Thymi,
Epithymi ana ℥.j.
Ossis de corde Cervi, Margaritarum,
Ambræ, Moschi ana ʒ.ß.
Camphoræ ℥.vij. ß.
Limaturæ Auri, Argenti ana ℈.ß.

Confice s. a.

¶ Melancholiam pravasq; cogitationes discutit, spiritus omnes suscitat, concoctionem juvat, nativum calorem auget & canitiem arcet.

Diamargaritωn frigidum.
Diarrhodωn Abbatis.
Diatriasantalωn.

VENTRICULUM.

Arωmaticum Rosatum.
Diacalamentum.
Diacyminum.
Diagalanga.
Diairis Salomonis.
Rosata novella.

El. Diatriωn piperεωn Galeni.

℞ Piperis longi non cariosi,
Piperis nigri, non parvi, nec rugosi nec crassæ corticis,
Piperis albi maximi & plenis s.ana ℥.vj, ʒ.ij.
Anisi, Thymi comarum cum floribus ana ℥.viij.

Mellis optimi curiosè despumati q. s. Misce.

¶ Refrigerato Ventriculo & acido ructui, qvartanis, exolutis, jecinorosis & inflationibus auxiliatur; item tussientibus.

HEPAR.

Diacalamentum.

Diacinnamomum.

Diacostum.

℞ Costi candidi aromatici amari,
Cassiæ ligneę veræ, Cinnamomi ana ʒ.v.
Sem. Apii, Anisi, Schœnanthi,
Rhabarbari ana ʒ.iij. Asari ℥.ß.
Croci, Aristolochiæ, Myrrhæ ana ʒ.ij.
Mellis despumati q. s.

¶ Valet ad dolorem viscerum & oppilationem in eis & ad principium hydropisis.

Diacurcuma major Mesues,
seu Διακρόκου.

℞ Croci, Asari, Petroselini,
Dauci, Anisi, Sem. Apii ana ℥ ß.
Rhabarbari, Mei, Spicæ ana ʒ.vj.
Scordii, Scolopendriæ,
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ.ij.ß.
Costi, Myrrhæ, Cassiæ ligneæ,
Schœnanthos, Carpobalsami,
Rad. Rubiæ tinctorum, Succi Absinthii,
Eupatorii, Ol. Balsami ana ʒ.ij.
Calami aromatici, Cinnamomi ana ʒ.j.ß.
Tragacanthi ʒ.j. Mellis despum. q. s. fiat Electuarium.

¶ Solvit

¶ Solvit inveteratos Hepatis Lienisq; affectus, pervicaces obstructiones, atq; jam incipientem scirrhum evellit, hincq; ortam cachexiam & hydropis rudimenta persanat.

Diarrhodωn Abbatis.

Diatriasantalωn.

LIENEM.

Diacalamentum.

Diacapparis.

℞ Capparis ℥.iiij.
Scillæ, Asari, Centaurii,
Pyrethri, Piperis nigri,
Thymi, Apii, Nigellæ,
Agrimoniæ rad. ana ℥.j.
Mellis q. s. fiat Electuarium.

¶ Valet ad vitia Splenis.

CALCULUM FRANGUNT.

Electuarium λίθων θρυπτικόν.

Lithontribon.

℞ Spicæ Nardi, Zingiberis, Cinnamomi,
Melanopiperis, Cardamomi, Garyophyll.
Maceris ana ʒ.ß.
Costi, Glycyrrhizæ, Cyperi,
Tragacanthi, Chamædryos ana ℈.ij.
Sem. Apii, Ameos, Asparagi, Ocymi,
Vrticæ, Citrei mâli, Saxifragię,
Pimpinellæ Carvi Dauci, Fœniculi,
Rusci, Petroselini Macedonici,
Bardanæ, Seseleos, Asari ana ʒ. j.
Lap. Spongiæ, Lap. Lyncis,

Lap. Cancri, Lapidis judaici ana ʒ.j.ß.
Sangvinis hircini preparati ℥.j.ß.
Mellis q.s. Dosis à ℈.ij.ad ʒ.j.

¶ Lumborum dolores compescit, Renum ac Vesicæ arenulas exturbat, Nephretico dolori & Dysuriæ succurrit, Calculum sensim comminuit ac proterit.

Elect. Diaspermatwn.

℞ Qvatuor sem. frigidor. majorum & minorum,
Sem. Asparagi,
Pimpinellæ, Ocymi, Petroselini,
Granorum Halicacabi ana ʒ.ij.
Milii Solis, Succi Glycyrrhizæ ana ℥.iij.
Cinnamomi, Maceris ana ʒ.j.
Sacchari albi aqvâ Altheę soluti octuplum.

¶ Renes & Vrinę seminisq; vias refrigerans ac leniens, ab omni humoris illuvie cleměter expurgat.

VENEREM STIMULAT.

Electuar. ad Coitum.

℞ Conservę Satyrionis ℥.j.ß.
Rad. Eryngii conditi ʒ. vj.
Pinearum recentium,
Fisticorum ana ʒ. v.
Cinnamomi interioris el.℥.j.ß.
Zingiberis conditi ℈. ij.ß.
Sem Erucę, Pastinacę ana ʒ.j.ß.
Cardamomi, Cubebarum,
Garyophyllorum ana ℈.j.
Cum vino fortissimo fiat Electuarium.

Ca-

Caput V.

ANTIDOTA LIQVIDA CONFORTANTIA MAGISTRALIA.

Magiſtralia ſic dicta, qvòd judicio Medici pro Morborum, ſymptomatum, locorum affectorum, ætatum conditione varientur. Fiunt vel ex ſpecierum pulveribus confortãtibus, Antidotis liqvidis uſitatis, Saccharis ſeu Conſervis, Syrupo, Melle vel liqvefacto Sacchaｒo permixtis, aut ſpecierum pulveribus & ſerapiis, analogiâ mixtionis tali obſervata, ut ʒ.j. Specierum, Mellis, Sacchari vel Serapii ℥.j. vel ℥.j. ß. reſpondeat.

CONFORTANTIA.

CEREBRUM.

℞ Specierum, Diamoſchi dulcis,
Diacaſtorei,
Majoranæ, Stœchados,
Cubebarum, Acori veri ana ℈.j.ß.
Mellis Roſati vel Syr. de Stœchade ℥. v. fiat Electuarium.

Ad Epilepſiam.

℞ Conſervæ Peoniæ ʒ. j.
Roſarum,
Borraginis ana ʒ. ij.
Sem. Peoniæ,
Rad. Peoniæ ana ℈. ß.
Vnicornu, Vngulæ Alcinæ,
Margaritar, præparatarum,

Coralli rubri præparati ana ℈.ß.
Foliorum Auri nº. iij.
Cortic. Citri conditi ℥. ß.
Cum ſyr. Citri fiat Electuarium.

Vel

℞ Conſervæ Roſarum,
.Nenupharis ana ℥. j.
Looch de Papavere ℥. ß.
Cum ſyr. de Papavere fiat Electuar.

COR.

℞ Conſervæ Anthos,
Borraginis,
Bugloſſæ, ana ʒ.vj.
Specier. Diamargarit. cal.
Pleres Arcotici ana ʒ. ß.
Cortic. Citri conditi ℥. ß.
Cum ſyrupo conſervationis Citri fiat Electuar.

Pro palpitatione Cordis.

℞ Specier. Aromatici roſ. ℥. j.
Diarrhod. Abbatis,
Confectionis Alkermes ana ʒ. j.
Cortic. Citri Saccharo conditi ℥. j.
Conſervæ Bugloſſæ,
Anthos ana ʒ.iij.
Cum ſyr. Conſervationis Citri fiat El.

Vel

℞ Conſervæ Acetoſæ,
Roſarum,
Bugloſſæ,
Borraginis,

Marga

Margaritarum præparatarum,
Offis de corde Cervi ana ℈.ß.
Folior. Auri nº. iij.
Cum fyrupo Acetofæ fiat Electuar.

VENTRICULUM.

℞ Cortic. Citri cũ Saccharo cõditi loti in vino ℥.ij.
Specier. Aromat. Rofati ℥. j.
Anifi ʒ. iij. Fœniculi ʒ.ij.
Sem. Rutæ, Viticis ana ʒ.j.
Cum fyr. de Mentha fiat Electuar.

Vel

℞ Confervæ Rofarum,
Nenupharis ana ℥. ß.
Specier. Diamargariti frig.
Diatriafantalωn ana ʒ. ij.
Diarrhodωn Abbatis ʒ.ß.
Coralli rubri ʒ.j.ß.
Cum fyrupo Violaceo fiat El.

HEPAR.

℞ Confervæ Eupatorii,
Capillorum Veneris ana ℥.v.
Specier. Diarrhodωn Abbatis,
Diatriafantalωn ana ʒ.ß.
Cum fyr. de Endivia, fiat Elect.

Ad Icterum.

℞ Confervæ Capillor. Veneris,
Rad. Apii, ana ℥.j.ß.
Flor. Cichorii,
Florum Calendulæ ana ℥. j.
Specierum Diatriafantali ʒ.ij.

Dia-

Diarrhodωn Abbatis ʒ.j.

Qvatuor ſem. frigid. major. minutim inciſorum ana ʒ.ij.

Cum ſyrupo Endiviæ fiat Electuarium.

Vel.

℞ Conſervæ florum Cichorii,

Capillorum Veneris ana ℥. ß.

Violarum ʒ.iij.

Specier. Diatragacanthi frigidi,

Diatriaſantali ana ʒ.ij.

Qvatuor ſem. frigid. minutim inciſorum ana ʒ.j.

Cum ſyrupo Endiviæ fiat Elect.

SPLENEM.

℞ Conſer. rad. Apii ℥.j.

Ceterach,

Borraginis,

Bugloſſæ ana ℥. ß.

Specier. Diarrhod. Abbatis,

Trochiſcor. de Capparibus ana ʒ. j.

Cum ſyr. Acetoſo fiat Electuar.

Elect. pro Dyſenteria.

℞ Carnis Cydoniorum condit. ℥.j.

Conſer. Roſar. antiqvæ ℥.j.ß.

Coralli rubri, Boli Armeni ana ℥.ij.

Specier. Diamargariti frigidi ʒ.j.

Mivæ Cydoniorum q. ſ. fiat Elect.

Elect. Venerem ſtimulans.

℞ Conſervæ rad. Eryngii,

Zingiberis conditi ana ℥.j.

Teſticul. gallinæ decoct. in lacte ℥.ß.

Pinear.

Pinear. mundatar. & in lacte macerat. ℥. j.
Amygdal. dulcium, Avellan. maceratarum in Melle per diem ana ℥. ß.
Sem. Bulbi ʒ. j.
Cum ſyr. conſervæ Cortic. Citri fiat Elect.

El. Venerem minuens.

℞ Conſervæ Nymphεæ ℥. ij.
Caulium, Lactucæ ʒ. j.
Coralli rubri, Cryſtalli ana ʒ. iij.
Caphuræ ℈. ß. Sem. Agni caſti ℥. ß.
Cum ſyr. Myrtill. fiat Elect.
Exhibentur diluculo aut veſperi tribus aut qvatuor horis à Cæna, pondere ʒ. j. ß, aut ʒ. ij.

Caput VI.

ANTIDOTA LIQVIDA *purgantia.*

Antidota liqvida καθαρτικὰ, vulgo Solutiva & Laxativa dicuntur, qvòd Alvum purgandi facultatem habēt. Parātur autem, vel ex pulveribus ſimplicium Catharcticorum, vel ſpecierum purgantium, vel ex uſitatis Electuariis catharcticis, vel omnibus ſimul, Saccharo diſſoluto, Melle vel Serapio cōditis ac glutinatis, obſervatâ proportione, ut ʒ. j. ſpecierum ſeu pulverum purgantium ℥. j. vel ℥. j. ß. illorum liqvorum affundantur.

N. Vnicè obſervandum in purgantibus, ut iis ſemper aliqvid commiſceatur, qvod in jucunditatem redundet, & qvod ſtomachum firmet: qvòd pleraq; purgantia Stomacho adverſentur, & eidē negotium faceſſant. Interdum re ipſa exigente, aliqva, qvæ viam faciant & tranſitum

transitum præbeant, atqve adeo humorum crassitiem incidant, adjicienda.

LENITIVA *seu* ALVUM EMOLLIENTIA.

Cassia extracta.

℞ Cassiæ recenter extractæ,
Sacchari ana partes æqvales. Misce.

Diacassia Nic. pro Clysteribus.

℞ Malvæ, Mercurialis, Betæ,
Parietariæ, Violariæ & flor. ejusdem ana M. j.
Absinthii Romani M.ß. Aquæ q.s.
Fiat decoctio. In colatura dissolve
Cassiæ fistulæ ℔. j.
Mellis optimi ℔. ß.
Coqvantur ad decoctionis consumtionem.

Diaprunis simpl. Nicol.

℞ Pruna Damascena recentia nō immatura n°. C.
Aqvæ q. s. Coqvātur ad tertiæ consumtionem. Coctorum pulpa cribro transmittatur. In aqva verò decoctionis prunorum pone Violarum ℥.j.ß. Bulliant & colentur: additisq;
Sacchari clarificati ℔.ij.
Pulpæ ℔.j. coqvantur ad spissitudinē. His adde
Pulpæ Tamarindorum,
Pulpæ Cassiæ fistulæ ana ℥. j. (ana ℥. j.
Dissolvantur & colentur cum prędicta decoctione
Coqve ad perfectionem.
Adde seqventia pulverizata

Santa-

℞ Santalorum alborum,
Santalorum rubrorum,
Spodii, Rhabarbari,
Cinnamomi ana ʒ.iij.
Rosarum, Violarum,
Sem. Portulacæ, Scariolæ, Berberis,
Succi Glycyrrhizæ, Tragacanthi ana ʒ.ij.
Qvatuor sem. frigid. major ana ʒ.j.
Confice s. a. bene permisceantur omnia.

Diaprunis compos.

℞ Diaprunis simplicis ℔.j.
Diagridii optimi ℥.vij.
Misce diligenter, & repone.

¶ Datur acutas & peracutas febres patientibus & maximè Causoni & Synocho, in principio, in augmento & statu.

Electuar. lenitivum seu Diasena.

℞ Passularum enucleatar. ℥. ij.
Capillorum Veneris, Violarum,
Hordei ana M.j.
Jujubarum, Sebesten ana n°. xx.
Glycyrrhizæ ℥. ß.
Prunorum, Tamarindorum ana ʒ.vj.
Folliculorum Senæ, Polypodii ana ℥.ij.
Coqvantur ad tertias. Dein adde
Mercurialis M.j.ß.
Bulliant, in colatura dissolve
Pulpæ Cassiæ fistulæ,
Tamarindorum,
Prunorum,
Sacchari finu,

Saccha-

Sacchari violati ana ℥.vj.

Coqve igne lento agitando ſpatula, poſtremò ad qvamlibet libram Electuarii adde

Folliculorum Senæ pulver. ℥ j. ß. fiat ſ.a.

¶ Vſus eſt in febribus humoralibus & pleureſi. Lenit enim & mollit inteſtina & delet eorum ſtipticitatē: facilè ſolvit ſine moleſtia & læſione Choleram phlegmaticam & melancholicam.

Diamanna.

℞ Mannæ Calabrinæ ℔. j.

Scammonii præparati ℥. j.

Succi Roſarum rubrarum ℔. j.

Diſsolvatur in ſucco Manna & coqvatur ſufficienter lento igne: dein adde Maſticis pulv. ʒ. iij. fiat Elect.

PURGANTIA PHLEGMA.

El. Διαφοινικῶν ſeu Diaturbith.

℞ Dactylorum fulvor. pingvium purgatorum ac triduo aceto infuſorum ℥.vj, ʒ. ij.

Penidiarum ℥.iij, ℈. j.

Amygdalar. dulcium mundatarum ℥.j, ʒ.vij. [Joubertus omittit]

Turbith ℥. ij, ʒ.j.ß. Scammoneæ ʒ.xij.

Zingiberis, Piperis longi,

Foliorum Rutæ ſiccorum, Cinnamomi,

Macis, Ligni Aloes, Aniſi, Fœniculi,

Dauci, Galangæ ana ʒ.j, Gr. xv.

Mellis opt. deſpumati duplum, Confice ſ.a.

¶ Febribus compoſitis & diuturnis auxiliatur. Bilem enim flavam & pituitam ducit. Colicis cruciatibus

bus mirificè confert: item doloribus Vẽtriculi & aliis malis ex crudo humore ortis.

Hiera picra Gal. sive Hiera simplex.

℞ Aloes purissimæ ʒ. xc.
Cinnamomi, Xylobalsami, [Fernel. omittit]
Alari, Spicæ Nardi, Masticis ana ʒ. vj.
Croci ℥. ß. [Fuch. ʒ. v.]
Mellis despumati ℔. iiij, ℥. iij.

Bilem, Pituitamq́; Vẽtriculo, Intestinis, Hypochondrii & Mesenterii venis impactam expurgans, valideq́; infarctu liberans: morbis omnibus ex cruditate & ex venarum obstructione genitis blandè succurrit.

Hiera cum Agarico.

℞ Specier. Hieræ simpl. sine Aloe,
Agarici trochiscati ana ℥. ß.
Aloes non lotæ ℥. j.
Mellis despumati ℥. vj. Misce.

Elect. Eleschoph, sive Episcopi Mes.

℞ Scammoneæ, Turpethi albi ana ʒ. vj.
Garyophyllorum, Cinnamomi, Zingiberis,
Nucis moschatæ, Myrobalanor. Embilicarum,
Polypodii ana ʒ. ij. ß. Sacchari ℥. vj.
Mellis despumati triplum. Misce

Pituitam & Bilẽ flavam elicit, flatus quoq; expellit, doloribus articulorum, laterisq; prodest, itemq́; Colicis cruciatibus, ad Renes etiam & Vesicam decumbentes humores expurgat.

Benedicta laxativa Nicol.

℞ Turpethi el. Sacchari ana ℥. j, ʒ. ij.
Diagridii, Esulæ,
Hermodactylorum, Rosarum ana ʒ. v.

Garyophyllorum, Spicæ Nardi,
Zingiberis, Croci, Saxifragiæ,
Macropiperis, Amomi, (substitue Calam. arom.)
Cardamomi minoris, Sem. Apii,
Salis gemmæ, Galangæ, Macis,
Carvi, Fœniculi, Sem. Asparagi,
Sem. Rusci, Lithospermi ana ℥.j.
Mellis despumati ℔. j, ℥. v, ʒ. v.

¶ Humores crassos pituitososq; atq; etiam serosos à parte evocat, calculi materiam revellit, ipsosq; calculos exturbat & Nephreticum dolorem lenit, frigidæ naturæ frigidoq; cælo apta.

Elect. indum minus Mes. seu Diaturbith jouberti.

℞ Turpethi, Sacchari ana ʒ. C.
Scammonii ʒ vij.
Macis, Piperis, Zingiberis, Garyophyllorum,
Cinnamomi, Cardamomi majoris,
Nucis moschatæ ana ʒ. vij.
Mellis despumati q. sufficit.

¶ Humores pituitosos maximè ac putridos Ventriculo & aliis nutritionis organis educit, crassos in iis etiam flatus dissolvit, malaqve inde nata sanat: v. g. inflationem Ventriculi, Colicos & Renum dolores.

Majori facilè carere possumus.

EVACUANTIA BILEM FLAVAM.

Electuarium de Sebesten Montagnanæ.

℞ Sebesten rec. ℥. v. Infundantur in Aqvæ Violarum ℔. j. Bulliant & colentur. Colaturæ adde
Aqvæ Ireos,

Angariæ ana ℥.vj.
Sebesten sine nucleis, Tamarindorum,
Prunorum siccorum contusorum ana ℥.v.
Violarum,
Qvatuor sem. frigid. major. ana ℥.j.
Succi Mercurialis ℥.iiij. Coqve ad consumtionē medietatis. Exprime & cola: Colaturæ addantur
Penidiarum ℥. viij.
Diaprunis non solutivi ℔.j.ß.
Pul. Diagridii ʒ.iij.ß. fiat Elect.

¶ Confert febrib. Cholericis interpolatis, & cõtinuis puris & sedat acuitatem febrium, sitim & vigilias & etiam amaritudinem removendo & educit materias acutas à viis urinalibus & vesica.

Catharcticum Imperiale Nic. Alex.

℞ Diagridii, Sacchari ana ℥.j.
Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Saxifragiæ, Polypodii ana ℥.ß.
Garyophyllorum, Zingiberis,
Spicæ Celticæ, Macropiperis,
Melanopiperis, Cardamomi,
Amomi [vel ejus loco Calami Aromat.] ana ʒ.iij.
Mellis despumati ℔ j, ℥.iiij, ʒ. vij.

¶ Caput optimè purgat, os bene olens reddit: ex stomacho & toto corpore utramq; bilem deducit.

Elect. è Psillio.

℞ Succor. Buglossæ domesticæ & sativæ,
Endiviæ,
Apii coctorum & despum. ana ℔.ij.
Violarum ℔.j.

Fumi terræ ℥. iij. Misce & in eis per 24. horas macera
Capill. Veneris M. j.
Cuscutæ, Anisi, Folliculor. Senæ,
Asari ana ℥. ß. Spicæ ʒ. ij. Dein bulliant semel, addendo
Violarum virid. aut arid. ℥. iij.
Epithymi ℥. ij. Bulliant ebullitione parva: mox cola & exprime. Colaturæ adde
Sem. Psillii integri ℥. iij. Macerentur horis 24. frequenter agitando spatula, ut mucilago Psillii optimè in decoctum assumatur. Tunc accipe
Decocti hujus mucilaginosi ℔. iiij.
Sacchari albi despumati ℔. ij. ß.
Diagridii [Scammoneæ crudæ jouberto] ℥. iij. ß.
Coqve lento igne & move addendo
Trochiscor. Diarrhodων,
de Spodio,
de Rhabarbaro ana ℥. j.
de Berberis ℥. ß. Confice s. a.

¶ Flavam bilem evocat, febribus ardentibus & curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis & vertigini à biliosorum humorum evaporationibus procreatis, morbo regio & jecori supra modum calefacto.

Elect. è succo Rosarum Nic.

℞ Succi Rosarum rubrar. perfect.
Sacchari albi ana ℔. j, ℥. iiij. Coqvantur ad Syrupi consistentiam. His adde
Trium Santalorum [ana ʒ. vj. Cord.]
Masticis [Spodii ʒ. iij. Cord.]
Cinnamomi exqvisitè tritorum ana ʒ. ij.
Diagridii ℥. j. ß.

Caphuræ ℈.ß.[Cord. ℈.j.ß. Fiat El.

¶ Bilem ac tenues aqvosósq; humores validè & è distantioribus locis prolicit :his utile ac tutum qvi articulari morbo laborant, nec admodum vehementi febre jactantur.

EVACUANTIA MELANCHOLIAM

Diasena Nicol.

℞ Fol. Senæ ℥.iij. Avellan.tostar. n°. j.
Serici tosti ʒ. ij. Lap. Armeni loti ʒ.iij.
Sacchari ℥. vj. Cinnamomi ℥.j.
Garyophyllorum, Galangæ. Piperis,
Spicæ Indicæ, Ocymi, Malabathri,
Cardamomi, Croci, Zingiberis,
Zedoariæ, Anthos, Macropiperis ana ʒ. ij,
Mellis despumati ℔. ij. Confice s. a.

Succurrit Melancholicis, Maniâ vexatis & qvartana, tristitiáq; affectis, Lienosis & omnibus malis, ex atra bile procreatis.

Confectio Hamech.

℞ Cortic. Myrobal. citrinarum ℥. ij.
Myrobal. Chebularum & nigrarum,
Violarum, Colocynthidis,
Polypodii qvercini ana ℥.j.ß.
Absinthii, Thymi ana ℥. ß.
Anisi, Fœniculi, Rosarum rubrarum ana ʒ.ij. Tusa omnia macerentur in seri Lactis ℔. ij: dein coqvâtur ad ℔. j. fricentur manibus & exprimantur. Colatis adde
Succi Fumariæ,

Pulpæ Prunorum,
Vvarum passarum ana ℔. ß.
Sacchari albi,
Mellis expumati ana ℔. j.
Coqve ad Mellis crassitiem inspergendo sub finem
Agarici, Senæ tritor. ana ℥.ij.
Rhabarbari triti ℥.j.ß.
Epithymi ℥.j. Diagridii ʒ.vj.
Cinnamomi ℥.ß. Zingiberis ʒ. ij.
Sem. Fumariæ, Anisi,
Spicæ Nardi ana ʒ. j. Misce Fiat s.a. Dosis à ʒ.iij, ad ℥. ß.

¶ Bilem atram ac retorridam salsamq; pituitam detrahit, Maniæ, Psoræ, Lepræ, Impetiginis, Cancri & Elephantiasis peculiare subsidium.

Hiera Pachii, qvæ & Archigeni tribuitur.

℞ Colocynthidis, Agarici, Stœchados,
Marrubii, Chamædryos ana ʒ.x.
Opopanacis, Sagapeni, Sem. Petroselini,
Aristolochiæ rotundæ, Piperis albi ana ʒ.v.
Cinnamomi, Spicæ Nardi, Myrrhæ,
Folii [Fuch legit Polii]
Croci ana ʒ.iiij. Opopanax & Sagapenũ in mortario teruntur, adjecto Melle tenui, h.e. qvàm limpidissimo. Cætera arida trita & cribrata Melle despumato q. s. etiam excipiuntur.

¶ Sanat confectio hæc Comitiales, furiosos, scotomaticos, cephalalgicos: facit ad depravatam in utramlibet partem. Ad tetanum & Cynicum spasmum, præcipuè verò ad Pectoris & lateris dolores prodest. ex qvalibet cau-

causa factos, sive latĕte & occulta, sive manifesta. Præterea nervorum tensionibus mirificè convenit: prodest & ad articularem morbum, ad spinam & lumborũ dolorem; duritias in mammis mulierum cum dolore consistentes, ex toto interdum sanat. Ad stomachicos evidenter convenit. Remediat enim cor, qvibus freqvẽter inacescit cibus, aut assiduè nauseant, aut salivâ abundant: præcipuè verò Melancholicis beneficit.

Hiera Logadion seu Colocynthidis.

℞ Colocynthidis, Polypodii ana ℥.ij.
Euphorbii, Polii [montani minoris Cord.]
Grani gnidii ana ʒ.ß, Gr.vj.
Absinthii, Myrrhæ Troglod. ʒ.j, Gr.xij.
Centaurei minoris, Agarici, Ammoniaci,
Thymiamatis, Folii, Scillæ assæ,
Spicæ, Diagridii ana ʒ.j.
Aloes, Comar, Thymi, Cassiæ ligneæ,
Chamædryos, Bdellii, Marrubii ana ℈.ij, Gr. xiv.
Cinnamomi, Opopanacis, Castorei,
Aristolochiæ longæ, Trium piperum,
Croci, Sagapeni, Sem. Petroselini ana ʒ.ß.
Hellebori albi, Hellebori nigri ana Gr. vj.
Mellis despumati ℥.x, ʒ.iiij, ℈.j, Gr.iiij. Misce.

¶ Crassos lentosq; humores, præcipuè verò bilem atram & aqvas citrinas tutè ac clementer expurgat: eximiè confert Paralysi, tremori, convulsioni, arthritidi, inveteratisq; nervorum affectibus atq; etiam Hydropis dein Melancholiæ, Maniæ, Epilepsiæ, psoræ, lepræ, maligno ulceri, cancro & Elephãtiasi; qvi affectus leviora aspernantur pharmaca.

HUMORES MIXTOS.

Catharcticum imperiale.
Diacatholicum.
Diacarthamum.
Diaturbith cum Rhabarbaro.

Hæc vide ſupra in Tabulis purgantibus.

Caput VII.

DE BOLO.

Bolus ſive Buccella eſt medicina in forma media inter valde liqvida & ſicca, qvæ per fruſtula devoratur. Horum qvidem materias communes evacuant & ſtercora ſubducunt: Alii purgant, qvi ex alto corpore humores educunt noxios: Nonnulli corroborant & qvodammodo alterant.

BOLI PURGANTES.

Boli purgantes fiunt aliqvando ex ſimplicibus medicamentis (voco autem nunc ſimplicia cum Hippocrate purgantia:) Aliqvando ex Antidotis purgantibus liqvidis, qvæ excipiuntur Saccharo: aliqvando ex ſolidis Antidotis, adjectis pulveribus & ſpeciebus ad vehementiam eorundem corrigendam, atq; ſyrupo vel alio liqvore excipiuntur, & in formam boli reducuntur. [Bolum purgatorium Recentiores βλῶμον ἢ ψώμον: Veteres βουκίλλατον καθαρτικὸν vocarunt.] Doſis nunqvam excedat ℥.j, vel ad ſummum cùm adhibentur mitiſs. ℥. ij. Nam una vice devoranda eſt. Mutatur tamen qvandoq; pro viribus ægri & humoris purgandi natura.

Bolus pro Bile.

℞ Electua-

℞ Electuarii de succo Rosarum ʒ.iij.
Diacatholiconis ʒ. iiij. Cum syrupo de Capillis Veneris fiat bolus deauratus.

Bolus pro Pituita.

℞ Diacarthami,
Electuarii Indi ana ʒ.ij.
Agarici recenter trochiscati,
Zingiberis ana ℈. ij. Cum syrupo de Mentha & pauco Saccharo fiat bolus.

Bolus pro Melancholia.

Confect. Hamech. ʒ.iij.
Diacatholic. ℥. j.
Rhabarbari electi,
Corticis Ellebori nigri ana ℈.ij.
Liqviritiæ ℈. ß. Cum saccharo fiat bolus s. a.

BOLI CONFORTANTES.

Alterantem bolum vel confortantem Medici solent dare post purgationem, præsertim qvando datur in potione, bolo vel pulvere: qvando in pilulis raro. Conficiuntur ex conditis utplurimum, vel conservis (in morbo calido) frigidis, (in frigido) calidis.

Bolus confortans purgationem in calidis.

℞ Conservæ Rosarum,
Nenupharis ana ℥.ß.
Sacchari parum. Misce, fiat bolus.
Detur post purgationem.

Bolus post purgati. in frigidis.

℞ Conservæ Enulæ campanæ,
Acori conditi ana ℥.ß.
Cum Saccharo q.s. fiat bolus.

Caput VIII.

SACCHARA SEU CONSERVAE.

Recentiores Græci Σάκχωρ ἢ Σάκχωρα compositis connumerant, & vocant Σάκχωρα non illum cannis expressum & decoctũ succũ: sed flores herbásve cõcisas in tenuissimas micas ac Saccharo conditas, optimeq; radiculis vel pistillis subactas. Officinæ ea Conservarũ nomine ostendunt & venditant. Flores igitur vel herbæ exemtis supervacuis demetuntur summo vigore. Hos dein, Alii integros, simulq; Saccharum duplo pondere pulveratum in vitreo vase invicem insternunt insolantqve unum, duos aut tres menses pro florum tenuitate & natura. Alii recentes flores laboriosè conterunt & Sacchari duplum triplúmve pondus addunt, exqvisitè illa permiscent, recondunt & insolant, vt sensim nulla virium aut odoris dissipatione fermentatio fiat. Qvidam deniqve flores integros duplo triplóve primario Saccharo liqvato & adhuc calente immergunt & perfectè commiscent, dein ubi refrixerint vasis vitreis vel fictilibus densis bene obturatis recondunt & insolant. Durant in annum vel biennium.

Saccha-

Sacchara respiciūt vel

- CAPUT—
  - *Calida*
    - Acori
    - Anthos
    - Bethonicæ
    - Euphrasiæ
    - Lavandulæ
    - Majoranæ
    - Peoniæ
    - Primulæ veris
    - Salvię
    - Sambuci
    - Stœchados.
  - *Frigida*
    - Nenupharis
    - Prunellæ florum
    - Violarum
    - Rosarum.
- PECTUS
  - *Calida*
    - Capillorũ Veneris
    - Hyssopi
    - Melissæ.
  - *Frigida*
    - Acetosæ
    - Nenupharis
    - Rosarum
    - Symphyti rad.
    - Violarum.
- COR
  - *Calida*
    - Anthos
    - Arantii
    - Borraginis
    - Buglossæ
    - Garyophyllorum
    - Melissæ
    - Persici.
  - *Frigida*
    - Acetosæ
    - Nympheæ
    - Rosarum
    - Violarum.
- †

✝

- VENTRICULUM
  - *Calida*: Absinthii, Enulæ, Melissæ, Menthæ
  - *Frigida*: Acetosæ, Rosarum, Violarum.
- HEPAR
  - *Calida*: Absinthii, Fumariæ, Sambuci
  - *Frigida*: Cichorii, Rosarum, Violarum.
- SPLENẼ
  - *Calida*, Asplenii
  - *Frigida*: Cichorii, Rosarum, Violarum.
- UTERUM
  - *Calida*: Anthos, Majoranæ, Melissæ
  - *Frigida*: Nympheæ, Rosarum, Violarum.

Exhibentur diluculo & vesperi nucis juglandis quantitate,

titate,vel per ſe,vel aliis ſpeciebus arωmaticis, ſeu pulveribus robur corporis partibus addentibus mixta & ſyrupo aliqvo excepta. De qvibus ſuprà in Antidotis.

Caput IX.

CONDITA LIQVIDA.

Conditorum duo eſſe genera ſuperiùs diximus, ubi etiam de Conditis aridis agebamus. Liqvida verò, de qvibus h.l.)ex radicibus,herbis,floribus,fructibus,corticibus,primùm maceratis,cùm opus eſt,Sacchato diſſoluto,deſpumato ac defæcato perfuſis,fiunt ac formãtur. Reponuntur pixidibus, aut vaſis bene obturatis: durant annum,interdum biennium:cortices diutius.

CONDITA RESPICIUNT CAPUT.

Arantia integra
Calamus arωmaticus
Caro Citri } *condit.*
Garyophylli
Limones
Nuces Moſchatæ

PECTUS.

Enulæ campanæ.

Cor.

COR.

Arantiorum cortices
Arantiorum flores
Citri acetositas
Citri cortices
Citri flores } condit.
Limones
Poma
Pyra
Zingiber

VENTRICULUM.

Calamus arwmaticus
Cerasia
Cydonia
Galanga
Juglandes
MyrobalaniEmblicæ } condit.
Mespila
Nux moschata
Pruna sylvestria
Radices Cichorii
Zingiber.

VASA SEMINARIA.

Crethami agrestis
Eryngii } rad. condit.
Scolymi
Siseris.

CONDITA PURGANT.

Pruna purgantia D. D. Caspari Bauhini.

℞ Folior. Senæ mundat. ℥. ij. ß.
Cinnamomi,
Sem. Fœniculi ana ℥. ß.
Galangæ ʒ. ij. Fiat infusio per noctem. Dein mane fiat levis ebullitio: postmodum coletur, & colaturæ Prunor. Damascenorum ℔. ß. addatur. Coqvantur: decoctum clarificetur, dulcoretur cum Saccharo & ad perfectionem super prunas coqvatur.

Passulæ purgantes, ejusdem.

℞ Passularum Corinthiacarum mund. ℔. j.
Infusionis Rosarum ℔. j. ß.
Foliorum Senæ ℥. iiij. Infundantur folia Senæ sec. ar. in infusionem Rosarum tepentem per noctem, dein bulliant parum: coletur. Colaturæ addantur Sacchari rubri ℥. viij, coqvâtur ad constitutionem Syrupi: In cujus fine imponantur passulæ & parum bulliant rursus.

¶ Conditura ars planè ad delitias inventa magnum ægrotis momentum adfert, dum eo invento medicamenta alioqvi per se satis fastidita ita condulcorantur, ut stomacho & palato grata sint, aut etiam in plures annos integra & veluti recentia durent.

Caput X.

ARTERIACA *seu* ECLEIGMATA.

Linctus sive Illinctus, Græcis Ἐκλείγματα, Arabibus

Lo-

Lohoch, Thoracis destinati affectibus mediam sortiuntur substantiam eamq; glutinosam, ne præpropere elabantur in Ventriculum, & media qvasi via subsistentia, atq; obhærētia, Thoraci, Pulmonibusq; impartiri possint. Fiunt maxime ex fructibus; cujusmodi sunt uvæ passę, Dactyli, Ficus, Myxaria, Zizipha, & ex succis Glycyrrhizæ, Scillæ, Brasicę, Prasii, Hyssopi; ex Tragacantho, gummi Arabico, semine Cydoniorum, Malvæ, Melonum, Cucumeris, Citrulli, ex Amygdalis, Avellanis, Strobilis & similibus. Horum igitur contusa cretaq; impulsu materia, aut Melle, aut Saccharo cocta, aut Syrupo, aut mucilagine accommodata excipitur, dum mediam nacta crassitudinem, Mellis aut Pultis modo delingi possit. Reservantur vasis figulinis vitratis.

ECLEIGMATA USUALIA.

Diacodion. vide Electuaria.

Lohoch ad Asthma Mes.

℞ Scillæ assæ ℥.iij. Rad. Ireos ℥.ij.
Hyssopi, Prasii ana ℥.j.
Myrrhæ rubræ, Croci ana ℥.ß.
Mellis q.s. fiat Lohoch.

¶ Ad Asthma & tussim antiqvam valet: humorē enim crassum tenuat.

Lohoch de Pino.

℞ Pinearum ℥. xx.
Amygdal. dulcium, Avellanar. assat.
Tragacanthi, gummi Arabici,
Pulveris Glycyrrhizæ, Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,

Amyli, Capill. Veneris,
Rad. Ireos ana ʒ. iiij. [Cord. ʒ. iij.]
Carnium Dactylorum ʒ. xxxv.
Amygdal. amarar. ʒ. iij.
Mellis Passularum, Sacchari Tabarzeth [Cord. ana ʒ. iiij.]
Butyri recentis ana ℥. iiij.
Mellis tabarzeth q. s. ut reducantur ad consistentiam Lohoch.

¶ Tussi diuturnæ, difficultati spiritus & Asthmati succurrit: humores in thorace crassos incidit & extenuat.

Lohoch de Pulmone Vulpis Mes.

℞ Pulmonis Vulpis sicci, Glycyrrhizæ,
Sem. Anisi, Fœniculi, Capill. Veneris ana ℥. j.
Sacchari clarificati ℔. j, ℥. iij. Fiat Lohoch.

¶ Abstergit & consolidat ulcera Pectoris & Pulmonis.

Lohoch sanum & expertum Mes.

℞ Passularum enucleat. Ficuum siccarum,
Dactylorum pingvium ana ℥. ij.
Jujubarum, Sebesten ana nº. xxx.
Sem. Lini, Fœnugræci ana ʒ. v.
Sem. Anisi, Fœniculi, Hyssopi siccæ,
Calamenthi, Rad. Ireos, Glycyrrhizæ,
Cinnamomi ana ℥. ß. Capill. Veneris M. j.
Coqvãtur omnia in ℔. iiij. aqvæ ad mediæ partis consumtionem. Colaturæ adde
Penidiarum ℔. ij. Coqve ad perfectionem: postea insperge
Pinearum mundatarum ʒ. j.
Amygdal. dulcium mundat.
Glycyrrhizæ, Tragacanthi, Gummi Arabici,

Amyli ana ʒ. iij.

Rad. Ireos ʒ.ij. Misce agitando & percutiendo, quousq; album evadat.

¶ Tussi vocisq; asperitati à frigiditate natæ auxilio est, crassos in Thorace & Pulmone humores extenuat.

Lohoch de Scilla Mes.

℞ Succi Scillæ,
Mellis despumati ana ℔. j.
Coque s. a.

¶ Materiam crassam, lentam, coctu difficilem in partibus respiratoriis expulsioni facilem strenuè reddit & natam inde spirandi difficultatem & thoracis dolorem levat.

ECLEIGMATA MAGISTRALIA.

Medici hodie pro ratione loci affecti ejusq; causæ Eclegmatis solent adjicere Species, Syrupos & conservas interdum, ea proportione observata, ut Eclegmatum dosis sit ab ℥. ß. ad ℥. j. Specierũ verò à ʒ. iij. ad ℥ j. plus minúsve: Conservarum autẽ ab ℥. ij. usq; ad ℥. iij. Syruporum q. s. ad excipiendum. ut

Ad Pituitam lentam crassam.

℞ Elect. Diaireos Salomonis,
Simplicis ana ʒ. vj.
Lohoch de Pino ℥. j.
Conservæ Enulæ ℥. ß.
Oxymellis Scillitici q. s. Misce. Utatur cum baculo Liquiritiæ paulatim deglutiendo sive lambendo.

Ad ulcera Pulmonis.

℞ Conservæ Symphyti,

Rosa-

Rosarum antiqvæ ana ℥. j.
Tragacanthi torrefacti,
Gummi Arabici,
Cinerum Cancror. fluviatil. lotorũ in aqva ana ʒ. ij.
Coralli rubri, Boli Armeni,
Terræ sigillatæ ana ʒ.j.
Sem. Papav. albi, Plantaginis ana ʒ.j. ß.
Cum syr. de Rosis q.s. fiat Lohoch.

Exhibentur qvovis tempore, ante & post cibum, nucis Avellanæ aut fabæ qvantitate, potissimùm diluculo & vesperi: melius verò ut unciæ unius pondere lambendo sumãtur. Detinẽtur in ore, donec sua sponte liqvescant, atq; adeò paulatim descendant.

¶ Vtimur his ad Arteriæ asperæ asperitatem, Pulmonis inflammationem, ulcera, spiritus difficultatem, anhelationes, tussim ex humoris influxu ac destillatione ortã, & eos qvi difficulter glutinosa excreant, ut præfocari videantur.

Caput XI.

DE EXTRACTIS.

Extracta, Græci Ἐκχυλώματα vocant, fiunt ex medicamẽtis cùm simplicibus tum compositis duplici modo, prout recentia vel arida fuerint.

I. Recentia enim seu viridia (ut e. g. baccæ juniperi, radices Gentianæ, &c.) contunduntur crassiusculè & aliqvot diebus in aqva pluviali macerantur:

pòſt in ea tantiſper decoqvantur, dum radices extent, vel donec baccæ omnem vim exuiſſe videantur: qvibus remotis ab igne validiſsimè ſub prælo per lineum denſumq; ſacculum exprimuntur. Succus expreſſus iterum coletur, ut purior evadat & materia terreſtris, ſi q̃ inſit, ſeparetur: tandē rurſus igni lēto & lucido ad Mellis ſpiſsitudinē coqvitur. II. Arida verò minutim conciſa & contuſa in ſpiritu vini optimo infunduntur, ita ut ad duos digitos emineat ſpiritus, vaſe optimè obturato: dein ubi per duos tréſve dies in loco aliqvo calido (putà in arena aut cineribus) vas fuerit relictū, ſpiritus in aliud vaſculum effunditur, medicamentum verò per pannum lineum validè exprimitur & abjicitur. Tunc aliud rurſus ejusdem generis medicamentū in eundem ſpiritum, ut prius, infunditur, maceratur & exprimitur; idqve ter qvatérve reiterandum, prout Extractum validum aut imbecillū qvis parare voluerit. Dátur à ℈.ß. ad ℥.ß. vel in Catapotiis per ſe, aut aliis medicamentis mixta, mane jejuno ſtomacho.

ALTERANT.

Extractum baccarum juniperi.

Conficitur ex fructu maturo, menſe Septembri collecto, ea ratione, qvam modò diximus.

¶ Benefacit prǽcipuè Calculoſis, arenoſis, colicis, uteri ſtrāgulatui, mēſtruis ſuppreſsis, variis defluxionibus: anguſtiæ pectoris, tuſsi, cruditati ſtomachi, peſtilentiæ, ſyncopę, vertigini, oculorum doloribus, pleuritidi, ſurditati, oris fœtori, hydropi, morbo Comitiali, abſceſſibus internis & mēbrorum tremori auxiliatur, Stomachūq; & Caput corroborat: jecori convenit, prodeſt menſtruis ſuperfluis, ſervat ab omni morbo ſuperveni-

enti

enti, visum incolumem servat, contra omne venenum & aërem pestilentem singulariter efficax est.

Extract. Cardui benedicti.

℞. Fol. Cardui benedicti aridorum & pulver. in spiritu vini macerentur & fiat extract. s. a.

¶ Præstantissimum est remedium præservativum ad pestem.

Extractum Gentianæ.

℞ Rad. Gentianæ recentium, mundat. q. v. Incisæ coqvantur & exprimantur : tandem succus ad Mellis spissitudinem coqvatur & fictili recondatur.

¶ Ventriculum mundificat, febres putridas curat, obstructiones Hepatis solvit, menstrua provocat, putredinem prohibet, vermes necat, & hominē, si qvotidie in cuspide cultri paululū sumat, in lōga sanitate cōservat.

Extractum Melissæ.

¶ Cor, Cerebrum & Vētriculum roborat, memoriam restituit, sēsus acuit, læticiam inducit & anhelitum bonum conciliat.

PURGANT.

Extractum Rhabarbari.

℞ Rhabarbari el. ℥. iiij. Pulveriza & infunde in spiritu vini per diem & noctem, dein fortiter exprime.

Vel sic, secundum Theoph. Paracelsum.

℞ Cinnamomi el. ℔. ij. Spiritus vini ℔. ij.
Centaurei minoris ℔. j. ß.
Aq. Rosarum ℔. ß.

℞ habarbari el. ℔. j. Pulver. macerentur diebus octo, dein exprimantur. Liqvor ampullæ iterum infunditur, & add. Syr. Ros. solutivi, vel ex floribus Persici ℔. ß. Coqve ad Mellis spissitudinem. Dosis à ʒ. ß, ad ℥. ß.
¶ Purgat bilem, svavissimeq; lubricat ventrem.

Extractum Hellebori nigri.

℞ Cortic. rad. Hellebori nigri medullâ exemtâ ℥. ij.
Aqvæ Anisi, cui oleum ademptum q. s. Macera ad diem naturalem, dein bulliant ad aqvæ ferè consumtionem: coletur cum expressione forti. Postmodum decoqvatur expressum cum syrupo Rosato solutivo ad sufficiẽtem spissitudinem. Repone vasculo terreo vitreato & utere. Dosis ℈. j, vel ℈. j. ß.
¶ Purgat bilem atram, sine molestia.

Extractum Agarici.

Paratur eodem modo, qvo præcedens.
¶ Ad Capitis affectus, p̃sertim destillatiões ejus efficax.

Extractum Mechoacæ.

Extrahitur ut Rhabarbarum. Datur à ℈. j. ad ʒ. ß.
¶ Purgat clementer Pituitam & aqvas. Confert Cephalicis, Epilepticis, Ictericis, Asthmaticis, febrientibus, &c.

Extractum Catholicum purgans.

℞ Colocynthidis ℥. vj.
Agarici opt. Diagridii,
Hellebori nigri ana ʒ. iiij.
Aloes el. ℥. j.
Specier. Diarrhodων Abbatis ʒ. ß.
Pulvis Electuarii ex aqva Cinnamomi vel spiritu vini diebus aliqvot maceratur: dein relictis fæcibus, illa super medicamenta purgantia incisa funditur, & in loco

calido

calido per dies 8 aut plures macerantur: posteà exprimuntur, & humor extrahitur per balneum, donec in crassitudinem justam pervenerit. Datur ℈.ß. vel Gr.v. tantùm.

¶ Extractorum usus est, qvòd pauca qvantitate assumta magna in corpore nostro præstent commoda.

DE MEDICAMENTIS HUMIDIS, POTENTIA.

SECTIO V.

Sectionis qvintæ Capita.

Caput I.

DE LINIMENTIS.

Linimentum, Fernelio Ceratum mollius, est qvod liqvidum inungitur. Ab oleis & ungventis differt; qvòd nimirum his liqvidius, illis crassius existat,

eoq; magis adhæreat. Parantur Linimenta ex Oleo, Adipe, Butyro, Sevo liqvefacto, vel aliis qvæ Olei spissitudinē habent, ut Storace liqvida, Myrrha liqvida, &c. Aliqvādo additur Terebinthina vel mucilago, vel medulla, qvę adipi tēperaturâ & cōsistentiâ similis est. Horum nulla certa qvantitas præscribitur: cōmuniter Medici ad ℥.j. olei recipiunt, Butyri, Adipis, Cremoris ana ʒ.ij. Reponuntur vasis figulinis.

Linimentum temperatum.

℞ Ol. Amygdal. dulc. ℥.iij.
Butyri recentis ℥. ij.
Axungiæ Gallinæ vel Anatis ℥. j. Misce, fiat Linimentum.

Linim. humectans.

℞ Ol. Violarum ℥.iij.
è semin. Cucurbitæ ℥.j.
Lactis mulieris recent. vel
Butyri recentis ana ℥. j. Misce, fiat Linimentum.

Linim. exiccans.

℞ Olei Irini; Costini ana ℥.ij.
Pingved. Gallinæ salitæ,
Butyri saliti rancidi ana ℥.j.
Vini veteris & generosi parum. Misce, fiat Linimentum.

Linim. pro scirrho Hepatis.

℞ Ol. Amygdal. dulcium,
Absinthii ana ℥.j.ß.
Butyri recentis ℥.ij.
Pingved. Gallinæ ℥.j.
Masticis ʒ.ij. Misce fiat Linim.

Linim.

Linim. pro Ventriculo refrigerato.

℞ Ol. Menthæ.
Abſinthii ana ℥.ß.
Macis, Garyophyllorum ana ʒ.j.
Ceræ albæ parum. fiat Linimentum.

¶ Vtimur his calidè duabus vel tribus horis ante cibum: cùm vel aſperam partem lenire, vel dolorem mitigare, vel calefacere, rarefacere, vel refrigerare, vel exiccare, vel humectare, vel diſcutere, vel detergere, vel emollire, vel maturare intendimus.

Caput II.

DE UNGVENTIS.

Vngvēta, Græcis Ἀλείμματα & Μύρα & ἔλαια μυρώδη, vocabātur Veteribus Olea ex arωmatibus calore ignis aut Solis in eam conſiſtentiam redacta, vt his in corporibus ungendis facilè uti poſſent: jam verò id appellant, qvod Græcis ἔγχριστον eſt, medicamētum qvidem in Linimento craſſiuſculam qvandam materiam confuſam habens. Conficiuntur ex Oleis, qvibus arωmata vel odoramenta, vel aliæ ſpecies in pulverē trita admiſcentur, ſimiliter excoqvuntur, & cerâ & alio gumi, ut Ammoniaco aut Sagapeno aliqvantulum addenſantur. In his autem Oleorum & Specierum octupla: at Oleorum & Ceræ qvadrupla ſervatur proportio ut ℥. ij. Oleorum, ʒ. ij vel ʒ.iij. Pulverum, Ceræ ℥. ß. miſceantur.

UNGVENTA USUALIA.

CALEFACIUNT.

Ungventum Agrippæ ſ. Gryppa Nicol.

℞ Rad. Bryoniæ ℔.ij.
Rad. Cucumeris agreſtis ℔.j.
Scillæ ℔.ß. Rad. Ireos rec. ℥.iij.
Rad. Filicis,
Ebuli,
Tribuli aqvatici [ſcil. fructuum ejus] ana ℥. ij. Inciſa omnia & contuſa macerentur diebus ſex vel octo in ol. veteris non rancidi ℔.iiij. parum fervefiant & exprimātur. In expreſſo oleo Ceræ citrinæ [Cord. albiſſ.) ℥.xv. liqvefiant in ungventi conſiſtentiam.

¶ Vngventū hoc non modò emollit, ſed & validè attenuat & incidit, corporisq; Oedemata diſcutit & vetera Nervorum vitia ſanat. Renum dolori ſuccurrit, ventrem illitu ſubducit & Hydropicos juvat.

Ungventum Ἀϱῶγον, vel Arrogon, ſeu Adjutorium, ab auxiliando Lat. Nic.

℞ Roſmarini, Majoranæ, Rad. Ari rec.
Serpilli, Rutæ, Rad. Cucum. agr. an. ℥.iiij.ß.
Fol. Lauri, Salviæ, Sabinæ,
Conyzæ major. & minoris,
Rad. Bryoniæ ana ℥.iij.
Laureolæ ℥.ix.
Nepethæ, Fol. Cucum. agreſtis ana ℔.ß.
Pyrethri, Euphorbii, Zingiberis,
Piperis ana ℥.j.
Adipis urſini, Ol. Laurini ana ℥.iij.
Ol. Moſchellini ℥.ß. Petrolei ℥.j.
Butyri ℥.iiij. Herbæ & rad. Majo menſe collectæ

in oleo macerentur diebus vij. dein coqvantur, additis citra cocturæ medium reliqvis ſiccis: tum colentur. Colato oleo adijce

Ceræ ℔.j, ℥.iij. fiat Vngventum.

¶ Extenuat validè atq; digerit, Corporis præſertimq; nervorum frigidis affectibus, Convulſioni, Reſolutioni lumborum, articulorum Colicoq; dolori aptum.

Vng. Dialthea Nicol.

℞ Altheæ rec. & contuſ. ℔. ij,

Sem. Lini, Fœnugræci contuſi ana ℔.j.

Ol. ℔.iiij. Terebinthinæ ℥.ij. Radices cum ſeminibus macerentur in aq. ℔. viij, dein ferveſcant. De mucilagine expreſſa ℞. ℔.ij. & coqve cum aliis rebus, donec aqvoſum illud in mucilagine conſumtum fuerit, & fiat Vngventum.

¶ Modice calefacit, emollit, humectat atq; lenit.

Vngvent. Martiatum.

℞ Folior. Lauri ℔.iij. Rutæ ℔. ij.ß.

Amaraci ℔.ij. Roſmarini ℔.j.ß.

Folior. Myrthi ℔.j. Eſbrii [pro qvo ſubſtitue ſumitates Majoranæ] Balſamitæ,

Ocymi ana ℥. vj. Butyr. ℥.v.

Styracis, Medullæ Cervinæ,

Adipis Vrſini, Gallinacei ana ℥.iij.

Maſticis ℥. iij. Thuris ℥.ij.ß.

Ol. Nardini ℥.j. Ol. Olivæ ℔. vj.

Ceræ ℔.iiij. Herbę & radices in Majo racẽtes collectæ & contuſæ macerentur in Vini ſuffic. qvantitate per dies ſeptem: dein coqvantur lento igne ad conſumtionem Vini. Exprime. Colaturæ adde reliqva & coqve ad ungventi conſiſtentiam.

¶ Ad

¶ Ad Podagram frigidam ſive calidam, Paralyticos, Arthriticos, Nephreticos, Iſchiadicos & ad omnia vitia & nervorum dolores valet. [Traduntur & aliæ Martiati deſcriptiones, ſed non ſunt neceſſariæ, cùm abundè ad frigidos nervorum affectus faciat Aregon.]

REFRIGERANT.

Ungvent. Album Caphuratum.

℞ Ceruſſæ ℥. iiij. Lithargyrii ℥. ij. Laventur diu in aqva Roſarum, qvâ ejectâ mortario excipiantur, ſenſimq; oleum affundatur Roſaceum, qvantum combibere poſsint, continenter agitando atq; ſubigendo ad cõſiſtentiam ungventi uſq;. Adde ſub finem
Aceti albi pauxillum,
Caphuræ ʒ. j. ß.

¶ Refrigerat & leviter adſtringit, inflammationes exuſtionesq; compeſcit, ſcabiei & pruritus ardorem omnesq; bilioſas eruptiones reſtingvit.

Ungvent. Populneum Nicol.

℞ Gemmar. Populi recentium ℔. j. [Cord. ℔. j. ß.]
Axungiæ ſuillæ inſulſæ præparatæ ℔. iij. Gemmæ contundantur & macerentur in axungia donec ſeqventes herbæ in æſtate colligi qveant:
℞ Folior. Papaveris nigri,
Mandragoræ,
Cymarum Rubi tenerrimarum,
Folior. Hyoſcyami, Solani,
Sedi minoris, Sedi majoris,
Lactucæ, Violariæ, umbilici Veneris,
Bardanæ ana ℥. iij. Contuſa omnia permiſceantur axungia & gemmis Populi, exactis diebus 10. affun-

affunde Aq. Rosarum ℔.j. Coqve igne lento ad aqvæ consumationem. Colentur & exprimantur, expressum reponatur.

¶ Phlegmonas, febrium æstus, Renum Capitisq; ardores compescit, somnum temporibus illitum conciliat.

Vngvent. Refrigerans Gal.

℞ Ceræ albæ ℥.iiij. Ol. Rosati ℔.j.

Liqvata vase duplici in vas aliud transfundantur, sensimq; affusa aqva frigidiss. ac subinde mutata dein subigantur. Postremò Sempervivi aut Solani defæcatus succus aut acetum subigendo infunditur.

¶ Ad Phlegmonas, Erysipelata, Herpetas, omnemqve calidiorem intemperiem efficax.

Vngvent. Rosatum Mes.

℞ Axungiæ Porci recentis q. v. Lava diligenter novies aqvâ calidâ & toties frigidâ. Postea tere cum ea parem qvantitatem Rosarum rubr. recent. qvæ marcescant in ea per dies septem: tunc coqve igne lento & cola. Rursus tantundem Rosarum tere & dimitte per totidem dies in ea marcescere, coqve & cola. Tandem affunde succi Rosarum dimidiam partem & olei Amygdal. dulc. sextam partem scil. axungiæ. Coqve denuo lento igne & ad succi consumtionem & repone.

¶ Phlegmonas, Erysipelata, Herpetas sedat: Cephalalgiam calidam & Ventriculi ac Hepatis intemperiem calidam mitigat.

Vngvent. Violatum Jouberti.

℞ Vngvẽti violati simpl. [qvod fit ut Rosaceũ] ℔.j.
Succi Limonum vel Arantiorum acidorũ ℥.ij.

Pulv.

Pulv. Rad. Ireos ʒ. ij. Misce.

¶ Optimum pro Nephreticis ad laxandã regionem lumborum & refrigerandam: nec non ad calculi aut arenularum attenuationem.

ADSTRINGUNT.

Ung. Adstringens.

℞ Gallæ immaturæ, Nucum Cupressi,
Baccarum Myrthi, Balaustiorum,
Malicorii, Corticum glandium, Acaciæ,
Rhois, Masticis ana ℥. j. Omnia exqvisitissimè trita macerentur dies circiter qvatuor in succis Mespilorum & Sorborum immaturorum: dein siccentur igni non acri & cum ol. Rosati sæpius in aqva aluminosa loti ℔. j. ß. & Ceræ albæ ℥. iiij. fiat Vng.

¶ Laxiores partes contrahit, ductus viasq́, coarctat, fluxiones intercipit atqve repellit, Vulvæ, Vteri, sedis, intestiniq; prolapsum cohibet & prohibentem sangvinem admótum sistit.

Ungvent. Comitissæ Gulielmi de Varignana.

℞ Cortic. medii Castanearum,
Glandium,
Qvercus arb.
Fabarum,
Myrtillorum, Caudæ eqvinæ, Gallarum,
Acinorum Vvæ, Sorbor. immaturor. sicc.
Mespilorum immaturor. siccor.
Foliorum Pyri [Cord. legit Pruni] syl.
Rad. Chelidoniæ majoris [Fuchs. legendum putat Glaucii, p qvo substituit radicẽ Bistortæ] ana ℥. j. ß.

Contusa

Contusa coqve in aqvæ Plantaginis ℔.viij. vel q. suff. ad mediæ partis consumtionem. In Colatura laventur novies seqventia, recentem colaturam singulis vicibus affundendo.

℞ Ol. Myrtini, Mastichini ana ℔. j. ß.
Ceræ novæ ℥. viij. ß.

Postea insperge seqventem pulverem,

℞ Trochiscorum de Carabe ℥. ij.
Cortic. medii Castanearum,
Glandium,
Qvercus arb.
Gallarum ana ℥. j.
Myrtillorum, Acinorum Vvæ,
Sorborum immaturor. siccorum,
Cineris ossis cruris bovis ana ℥. ß.

Fiat ung. s.a.

¶ Incœptum abortum prohibet, hæmorrhoidas sistit, ac laxatos Renes concitat.

EMOLLIUNT.

Vngvent. de Artanita seu de Cyclamine majus.

℞ Succi Cyclaminis ℔. iij.
Ol. Irini ℔. ij.
Succi Cucum. Asinini, Butyri Vaccini ana ℔. j.
Polypodii ℔. ß.
Pulpæ Colocynthidis ℥. iij.
Euphorbii ℥. ß. Arida terantur, & succis, oleo, butyroq; immergantur intra vas vitreatum bene obturatum per octo dies: postea semel bulliant, colentur. Colaturæ adde seqventia aceto dissoluta:

Saga-

Sagapeni X. v.
Myrrhæ X. ij.

Bulliant iterum agitando ſpatula uſq; ad ſuccorum conſumtionem: poſtea adde

Ceræ ℥. v. Fellis Taurini X. v.

Tandem liqvatâ Cerâ, inſperge pulverē ſeqvētium,

℞. Scammoneæ, Aloes, Mezeræi,
Colocynthidis, Turpethi ana X. v.
Salis Gemmæ X. iij.
Euphorbii, Piperis longi,
Zingiberis, Chamæmeli ana X. ij.

Confice ungventum.

¶ Illitum Stomacho vomitu purgat: hypochondrio autem inunctū, alvum dejicit, ob id Hydropicos mirè juvat, ſeorſum excrementum largè vacuando, vermes qvoq; necat & educit. Adhibetur non potentibus ſumere medicamentum purgans.

Vngvent. Pectorale Nic.

℞. Mucilag. ſem. Pſillii, Tragacanthi,
Gummi Arabici, Sem. Lini,
Fœnugræci ana ℥. j.
Adipis Gallinæ, Medullæ Vituli,
Butyri recent. loti cum aqva Violarum ana ℥. j. ß.
Ol. Violati, Ol. Amygdal. dulc. ana ℥. j.
Ceræ albæ q. ſ. fiat ungventum.

¶ Mitigat dolores Pectoris & tuſſim, digerit, maturat, facilitat ſputum & reſolvit Pleureſin.

Vngvent. Reſumtivum.

℞. Sem. Lini, Altheæ, Fœnugræci,
Gummi Arabici, Tragacanthi ana ʒ. ij.

Maceren-

Macerentur & bulliant in ℔. ß. aqvæ Rosarum.
Eliciatur mucilago, in qva dissolve
Adipis Suilli, Gallinæ, Anseris,
Anatis ana ℥.ij. Oesypi ℥. ß.
Ol. Violarum, Chamæmeli,
Amygdalarum dulcium ana ℥. ij.
Medullæ Vituli, Butyri recentis,
Ceræ albæ ana ℔. ß. Coq. in Vngventum.

¶ Summa huic inest vis emolliendi blandè & sine manifesto calore, Asthmaticis, Hecticis, Tabidis, Pleuriticis atq; febricitantibus tutò adhiberi potest.

ABSTERGUNT.

Vngventum Aegyptiacum Mes. seu Vngventum de Melle, seu Vngventum Triapharmacum.

℞ Mellis opt. ℔. j, ℥.ij.
Aceti fortis ℥. vij. Aeruginis æris ℥. v.
Coq. ad spissitudinem & colorem purpureum, fiat Vngventum.

¶ Confert ad vulnera antiqva, fistulasq́; extergit, carnis excrescentiæ medetur, vehementerq́; exiccat.

Gvido sic habet.

℞ Mellis ℔. j. Aceti ℔. ß.
Floris Aeris ℥.j. Aluminis ℥. ß.
Coq. donec inspissentur & rubeant.

Vngvent. Apostolicum Avicennæ.

℞ Terebinthinæ, Ceræ albæ, Resinæ,
Ammoniaci ana ℥. j, ʒ.vj.
Rad. Aristolochię longæ,
Thuris masculi, Bdellii ana ʒ.vj.

Myrrhæ, Galbani, ana ℥.ß.
Opopanacis, Floris Aeris ana ʒ.ij.
Lithargyrii Auri ℥.j, ʒ.j.

Olei { si fuerit æstas ℔. ij.
in hyeme ℔.iij.

Aceti q. s. ad gummata dissolvẽda. Fiat Vng. s. a.

¶ Vulnera & ulcera contumacia itemq; fistulas detergendo expurgat, fungosam aut mortuam carnem absumit & novam restituit.

Vngvent. Basilicon minus [*Dicitur Basilicon ab excellentia*]: *vel* τετραφάρμακον *Gal.* [*à qvatuor simplicibus qvibus est contentum.*]

℞ Ceræ, Resinæ, Picis ana ℔.ß.
Ol. q. s. [vel secundùm joubertum Sevi Hircini ana partes æquales] His liqvatis & mixtis, fiat Vngventum.

¶ Calefacit, humectat, dolorem mitigat, ac pus movet, Phlegmonis increscentibus utile.

Vngvent. Basilicon majus.

℞ Ceræ albæ, Resinæ, Sevi vaccini,
Picis, Terebinthinæ, Olibani,
Myrrhæ ana ℥.j. Ol. q. s. fiat Vngventum.

¶ Eadem præstat qvæ præcedens, & detergendis qvoqve & implendis ulceribus idoneum.

Vngventum Citrinum Mes.

℞ Cerussæ communis ℥. vj.
Gersæ s. Cerussæ ex Serpentaria,

Ami-

Amianthi vel Aluminis plumosi ana ℥.j.
Coralli albi ℥.ß.
Vmbilici marini [Gvidó. Belliculi sunt lapilli inventi in littore maris]
Entalii [marinum qviddam est tubæ figura, foris striatum.]
Dentalii [Conchula est dentata.]
Tragacanthi albissi. Amyli,
Crystalli, Nitri, Thuris albi ana ʒ.ij.
Marmoris albi, Boracis ana ʒ.ij.
Camphoræ ʒ.j.
Adipis suilli rec. albiss. ℔. j.ß.
Sevi caprini ℥.j.ß.
Adipis gallinæ .j. Adipes in duplici vase liqvefiant, in iis macerentur & leniter coqvantur Citrea mala duo minutim concisa. Adipes colentur, hisq; trita omnia laboriose injiciantur & rudicula subigantur: novissi. Borax & Caphura tenuiss. trita inspergantur. Coctum Vngventum ac dein concretum recondatur.

¶ Papulas ex bile aut pituita salsa in cute præsertimq; faciei erumpentes reprimit, lentigines, impetigines, livores, fœdas cicatrices & oculorum rubores extergit.

Vngvent. *Diampholygos sive de Thutia seu Vng. Nibili.*

℞ Ol. Rosacei ℥.x. Succi Solatri ℥.iiij.
Bulliant ad succi consumtionem: Adde
Ceræ albæ ℥.v. Cerussæ lotæ ℥.ij.
Plumbi usti & loti, Pompholygis,
Thuris ana ℥.j. Coqvantur in ungventi formam.

Vel sic.

℞ Thutiæ præparatæ ℥. j.

Coralli rubri præparati,
Lapid. Calaminaris præparati cum aq. Fœniculi,
Nihili albi ana ℥.ß.
Vitrioli albi, Camphoræ ana ʒ.j.
Axungiæ porcinæ claræ ℔. j.
Misce fiat ungvent. addendo Aqvæ Rosarum,
Chelidoniæ ana ℥. ij.

¶ Refrigerat, adstringit, fluxiones inhibet, & ulcera cava implet, maligna ad cicatricem perducit.

Vngvent. Rubrum Caphuratum.

℞ Ol. Rosarũ ℔.j. Ceræ albæ ℥.v. liqvatis insperge
Lapidis Calaminaris, Terræ Lemniæ exqvisitè
tritorum ana ℥. iiij.
Lithargyrii, Cerussæ ana ℥.iij.
Caphuræ ʒ. j. Fiat ungventum in pila plumbea cum pastillo plumbeo.

¶ Exiccat & ejusdem cum præcedenti facultatis.

Vng. Viride Andromachi.

℞ Resinæ Pini ℔. ij. Ceræ ℔. j.ß.
Ol. communis ℥. viij.
Aeruginis æris ℥.iij. Resina & cera in oleo liqvata, ærugo tenuissimè trita inspergatur.

¶ Recentia vulnera & qvæcunq; non magna sunt, sanat.

GLUTINANT.

Vngvent. Aureum Mes.

℞ Ol. boni ℔. ij. Ceræ citrinæ ℔. ß.
Terebinthinæ ℥. ij. Resinæ Pini,
Colophoniæ ana ℥.j.ß.

Thuris

Thuris, Masticis ana ℥. j. Croci ʒ.j.

Fiat Vngventum.

¶ Vulnera certò & salubriter glutinat.

Vngvent. Fuscum Nic.

℞ Olei ℔.j.ß. Ceræ novæ ℥.iiij.
Colophoniæ, Picis navalis,
Sagapeni ana ℥. ij.
Masticis, Galbani, Thuris,
Terebinthinæ ana ℥.j. Confice s.a.

¶ Sanat & extrahit.

Vngvent. Potabile.

℞ Butyri Majalis recentis non saliti ℔.iij.
Rhapontici, Consolidæ majoris,
Serpentariæ ana ℥. j. Rubiæ tinctorum q.s.
Castorei ℥. ß. Spermatis Ceti,
Tormentillæ ana ℥. j. Bulliant simul cum vino odorifero rubro usq; ad vini consumtionem, ac fiat Vngvent. s. a.

¶ Datur ad consolidandum casum ex alto.

UNGVENTA MINUS USUALIA.

Vngvent. restringens sangvinem.

℞ Boli Armeni ℔. ß. Terræ sigillatæ ℥. ij.
Sangv. Draconis ℥. j. Ol. Rosati ℔.j.
Ceræ novæ ℥. vj. Aceti q. s. fiat Vng.

Vugventum Nicotianæ joub.

℞ Folior. Nicotianæ ℔. ij.
Axungiæ porcinæ rec. vel diligenter lotæ ℔.j.
Herba trita maceretur per noctē in vino rubro. Manè bulliant igne lento cum axungia ad vini consumtionem. Colaturæ adde
Succi Nicotianæ ℔.ß.

Resinæ Abiegnæ ℥.iiij. Coqvantur ad succi consumtionem, addendo circa finem
Rad. Aristolochiæ rot. pulv. ℥.ij.
Ceræ novæ q.s. fiat ungventum.
¶ Præstantissimũ est ad ulcera, scabiẽ & scrophulas.

Ungvent. contra magnas Scabies.

℞ Butyri recentis loti aqvâ Rosarum,
Terebinthinæ ana ℥. iij.
Salis communis ℥.ij.ß.
Boli Armeni vel Terræ sigillatæ ℥.ij.
Vitellorum ovorum n°. j.
Succi mâlorum Aureorum & Limonũ ana ℥. j.
Misce fiat ungventum.

Vngvent. tollens Verrucas.

℞ Ropertianæ, Rutæ, Millefolii ana M.ß.
Auripigmenti, Viridis æris ana ʒ.ij.
Arsenici ʒ.j. Incorporentur simul & fiat ungvent.

Reponuntur Vngventa pixidibus vel figulinis vasis vitratis vel stanneis. Durant ad annum, qvædam biennium & triennium. Vsus horum ante Cibum.

Caput III.

DE CERATIS.

Ceratum sive Cerotum, à Cera & oleo dictum, est medicamentum concinnatum ex Cera, Pice, Resina, Propoli, Adipe, Oleo, & Pulveribus. Proportio in mistione ea servatur, ut cùm scribitur assumendum adjungendumq; Ceræ q.s. qvadruplo minùs Ceræ qvàm Oleí recipiatur, id est ℥.ij. oleorũ, respondeat Ceræ ℥.ß
Cùm

Cùm verò parùm ſcribitur, ſexta, ſeptima vel octava Ceræ pars adjiciatur, Reſinæ verò duodena, ut ℥. ij. oleor. Reſinę verò ʒ. j. ß. addatur, at Pulveris ʒ. ij. vel iij. Fiunt etiam Cerata ex Emplaſtris oleo liqvefactis, cùm ſcilicet pars affecta Emplaſtri duritiem ferre neqvit.

Ceratum ad ardores Capitis.

℞ Vngventi Populnei }
Roſacei } aceto lotorum ana ʒ. vj. ß.
Sem. Papaveris albi,
Pſillii contuſorum,
Cęræ ana ℥. ß.
Malaxetur & concorporentur in Cerati formam pro fronte.

Ceratum Stomachicum Gal. Meſ.

℞ Roſarum rubrar. Maſticis ana ʒ. xx.
Fol. Abſinthii ſiccor. ʒ. xv.
Spicæ Nardi Indicæ ʒ. x. Ceræ ℥. iiij.
Ol. Roſati ℔. j. ß. Aq. Roſ. q. ſ. ad lavandum.
Aceti parum. Omnia tenuiſsimè terantur. Cera & oleum igne lento liqventur, & aq. Roſ. diu laventur: liqventur iterum, laventur vino, ſucco & aceto: poſt miſce reliqva, & fiat Ceratum.

¶ Ventriculum & Hepar roborat, horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem juvat.

Ceratum Santalinum Meſ.

℞ Roſar. ʒ. xij. Santali rubri ʒ. x.
Santali albi, citrini ana ʒ. vj.
Boli Armeni ʒ. vij.
Spodii ʒ. iiij.. Camphoræ ʒ. ij.
Ceræ albæ & lotæ ʒ. xxx.
Ol. Roſati ℔. j. Fiat Ceratum ſ. a.

¶ Phlegmonas & intēperaturas omnes calidas Ventriculi, Hepatis & partiū aliarum potentiſsimè extingvit.

Ceratum infrigidans Gal. Meſ.

℞ Ceræ albæ dilig. lotæ ℥.j.
Ol. Roſati Omphacini non ſalſi ℥.iij, vel ℥.iiij.

Liqventur in vaſe, refrigerato aſtunde paulatim in mortario aqvæ frigidiſs. qvantū abſorbere poterit ſubigendo & percutiēdo. Poſtremò adde Aceti clari & tenuis parum, vel ℥.ß.

¶ Refrigerat febres ardentes, calorem Hepatis & ſedat dolores Capitis circū tempora, ſuper Hepar & ſpinam dorſi linitum.

Ceratum Matricale.

℞ Galbani præparati ℥.j.ß.
Myrrhæ rubeæ ʒ.ij. Bdellii ʒ.j.
Matricariæ, Arthemiſiæ ana ʒ.ß.

Gummi diſsolvantur in aceto, fiat Ceratum.

Ceratum ad Rupturas Gvidonis.

℞ Olei Myrtillorum, Ol. Roſacei,
Ol. Omphacini ana ℔.j.ß.
Succi rad. Altheæ ℔.ij.
Rad. Fraxini cum foliis,
Radic. Conſolidæ minoris cum foliis,
Myrtillorum cum foliis ejusdem,
Foliorum Salicis ana M.j.

Bulliant omnia contuſa in vino rubro ad conſumtionem medietatis. Coletur & exprimatur, Adde
Myrrhæ, Thuris ana ℥.ß.
Sevi Hircini ℔.j.ß. Terebinthinæ ℥.ij.
Maſticis ʒ.j. Lithargyrii Auri,


Terræ

Terræ ſigillatæ ana ℥.ij.


Minii ℥.j, ʒ.ij. Iterum coqvantur. Bulliant agitando, & cum ſuffic. qvantitate Ceræ fiat Ceratum.


Adhibentur Cerata Capiti, Ventriculo, Hepati, utero, Oſsibus. Cephalica applicâtur formâ orbiculari,







aut forma qvæ refert literam T. Stomachica inferiùs rotũda ſuperiùs plana, qvalis eſt forma ſcuti, unde Scuta Stomachalia dicũtur.






Hyſterica oblongâ & qvadrangulari forma. Splenica formam lingvæ bubulæ oſtẽdũt. Hepatica aliqvanto lõgiora,





ſed breviora, q̃ ſcuta ſtomachica.



Acu etiam tranſverſim tranſmiſsâ conſuuntur, atq; ante cibũ ſtomacho jejuno applicantur. Stomachica cibi tempore ſeponuntur.

Caput IIII.

DE EMPLASTRIS.

Emplaſtra, ungventis & Ceratis ſunt craſsiora, ἀπὸ τοῦ ἐμπλάσσειν denominationem ſortiuntur; ſunt varia ſimplicium genera & metallica præſertim recipientia, atq;

eò usq; percocta, qvousq; manus ampliùs non inficiant, qvæ refrigerata sint solida, calefactione verò malaxentur. Arabibus recentioribus Cerata nuncupantur: Constant ex metallicis, lapidibus, terrarum speciebus, liqvoribus aqveis & pingvibus lachrymis, aceto, vino, aqvis aliisqve liqvoribus ad consumtionem liqvorum decoctis. Qvibus tamen aut adeps additur, ut aptè cohæreant, nec partem cui inducuntur inqvinent, & qvod ex his agglutinatis Emplastrum fit, ut non adeò tenaciter parti adhærescat, ut ægrè summoveri posſit. Qvod ad ingredientium qvantitatem attinet, ad aridarum ℥. j. addunt ℥. iij. olei: ad Qrt. Olei, Ceræ ℔. j. Resinæ ℥. viij. qvò illud fiat tenacius. Reponuntur Emplastra, seu potius chartis oleo inunctis involvuntur: vel pixidibus servantur, ut plurimum qvidem ad annum.

Emplastr. Album seu è Cerussa.

℞ Cerussæ subtilis ℔. j. ß. Ol. Rosati ℔. ij.
Ceræ candidæ ℥. iiij. Coqvantur lento igni ad consistentiam Emplastri.

¶ Sanat ambusta, Erysipelata, scabiem siccam & ulcera calida.

Emplastr. Apostolicum Nicol.

℞ Lithargyrii ℥. ij, ʒ. ij. Ceræ rubræ,
Colophoniæ ana ʒ. vj.
Propoleos, Visci qvercini ana ʒ. iij.
Ammoniaci, Lap. Calaminaris ana ʒ. ij.
Thuris, Masticis, Mumiæ ana ʒ. j. ß.
Terebinthinæ, Galbani, Bdellii,
Myrrhæ, Aeris usti, Sarcocollæ,
Sqvamæ Aeris, Opopanacis, Dictamni Cretici,

Aristo-

Ariſtolochiæ, Aeruginis ana ʒ.j.

Ol. veteris q. ſ. Coqvatur Lithargyrium ſ. a. in oleo, donec fiat maſſa purpurea & non adhæreat manibus, dum refrigerata tractatur, dein omnia ſigillatim injiciatur ſ. a. Galbanum & Opopanacum in vino diſſolvantur: reliqva gummata terantur & inſpergantur. Dictamnus Creticus ſolus ultimò addatur.

¶ Ad omnia vulnera recentia ſive antiqva & ad nervos præciſos vel muſculos, ad punćturas vel morſum terreſtrium animalium, vel maritimorum peculiariter congruit: educit ab eis humores & putredines intimè immerſas, & concavitates earum pura carne replet, repletisq; cicatricem abſq; detrimento inducit; ſagittas, calamos, & ſimilia altiùs membris infixa ſine dolore extrahit.

Empl. de baccis Lauri.

℞ Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ℥. j.
Baccarum Lauri ℥.ij.
Cyperi [ſecundùm D. Caſparũ Bauhinum ℥. ij.]
Coſti ana ℥.ß. [D. Caſpar. Bauhinus addit Carvi ℥. j. ß, ita efficacius redditur]
Mellis colati qvantum ad cogendum ſatis eſt.

¶ Ventriculi, Præcordiorum, Inteſtinorum, Hepatis, Vteri ac Veſicæ aliarumq; partium dolores à flatibus, aut à frigida qvavis cauſa ſubortos mirè demulcet.

Emplaſtr. Baſilicon *magnũ.* vide ungvẽta.

Emplaſtrum Ceroneum Nicolai.

℞ Picis navalis colatæ, Ceræ ana ℥.ij, ʒ.iij.
Sagapeni ℥. ij. Ammoniaci,
Terebinthinæ, Colophoniæ,
Croci ana ℥.j, ʒ.iij.

Alo-

Aloes, Thuris, Myrrhę ana ℥.j.
Opopanacis, Styracis, Galbani, Mastiċis,
Aluminis, Fœnugręci, Styracis rubræ,
Bdellii ana ℥. iij. Lithargyrii ℥. j. ß. Fiat Emplastrum ſ. a.

¶ Lienis duritiem mollit, Hydropi & frigidis Vteri affectibus, Thoracis, Scapularumq; doloribus à frigore ortis ſuccurrit.

Emplastrum de crusta Panis, Montagnanæ.

℞ Crustę Panis tostæ & Aceto per horam mediam maceratæ ℥. ij.
Ol. Mastichini, Cydoniorum ana ℥.j.
Masticis, Menthæ, Spodii, Coralli rubri,
Santali albi, Santali rubri ana ℥.j.
Farinæ Hordei q.ſ. Fiat Emplastrum.

[D. Casparus Bauhinus auget dosim Olei Mastichini & addit Ceram virgineam, ac in formam non Emplastri ſed Cerati redigit. Sic in ſecundum annum integrũ ſervari potest.]

Emplast. Διὰ χυλῶν parvum, Commune ſeu ſimplex, ſeu Πενταφάρμακον.

℞ Mucilaginis Sem. Lini, Fœnugræci, & Radic. Altheæ ana ℔.j.
Lithargyrii puri tenuiſs. triti ℔. j. ß.
Ol. veteris clari ℔.iij. Fiat Emplast. ſ. a.

¶ Iecoris, Lienis externarumq; partium præduros tumores, incipiẽtesq; ſcirrhos emollit ſensimq; diſsipat.

Emplast. Διὰ χυλῶν majus.

℞ Lithargyrii puri, triti & creti ℔.j.
Ol. Irini, Chamæmelini, Anethini ana ℥. viij.

Mucila-

Mucilaginis Altheę, Sem. Lini, Fœnugręci,
Caricarum pingvium, Vvarum passarum,
Succi Iridis, Scillę, Oesypi,
Ichthyocollę ana ℥.j, ʒ.iiij.ß.
Terebinthinę ℥.iij. Resinę Pini,
Ceræ citrinę ana ℥.ij. Omnia in Emplastrum redigantur s.a.

¶ Resolvit & maturat omnes durities & inflammationes.

Empl. Divinum.

℞ Galbani, Myrrhę ana ℥.ij, ʒ.ij.
Ammoniaci ℥.iij, ʒ.iij.
Opopanacis, Masticis, Aristol. longę,
Aeruginis ana ℥.j.
Lithargyrii, Olei communis ana ℔.j.ß.
Cerę novę ℥.viij. Thuris ℥.j, ʒ.j.
Bdellii ℥.ij. Magnetis ʒ.iij. Confice s.a.

¶ Ad maligna ulcera præstantissimum. Eorum enim saniem & putredinem detergit & absumit, novam carnem profert, & ad cicatricem perducit.

Emplastrum Gratia Dei.

℞ Terebinthinæ ℔.ß. Resinæ ℔.j.
Cerę albę ℥.iiij. Masticis ʒ.j.
Verbenę, Betonicę, Pimpinellę ana M. j.

Fiat decoctio herbarũ in vino albo generoso ad tertias. Colaturę dissolve, Ceram, Resinam, Masticem. Bulliant, donec incorporentur. Tunc ab igne deponantur & Terebinthina injiciatur agitãdo cũ spatula fiat Emp.

¶ Ejusdem ferè usus cum Emplastro de janua.

Empl. Griseũ s. de lapide Calaminari.

℞ Lapid. Calaminaris prępar. ℥. j.

Lithar-

Lithargyrii ℥.ij. Cerussæ ℥.ß.
Thutiæ ʒ.j. Terebinthinæ ʒ.vj.
Ceræ albæ ℥.j. ß. Sevi cervini ℥.ij.
Thuris el. ʒ.v. Masticis ʒ. iij. Myrrhæ ʒ. ij.
Camphoræ ʒ. j. ß. Confice s.a.

¶ Desiccat, replet & cicatrizat vulnera.

Empl. de janua seu de Betonica Nic. Præpositi.

℞ Succi Apii, Plantaginis,
Betonicæ ana ℔. j.
Ceræ, Picis, Resinæ, Terebinthinæ ana ℔. ß.
Misce fiat Empl. s.a.

¶ Ad vulnera & recentia ulcera mirè efficax, inflammationem sedat, detergit, agglutinat, & carne implet, & ad cicatricem perducit.

Empl. de Meliloto.

℞ Meliloti ℥.vj. Florum Chamæmeli,
Absinthii, Sampsuchi, Rad. Altheæ,
Baccarum Lauri, Fœnugræci ana ʒ.iij.
Sem. Apii, Anisi, Cardamomi, Rad. Ireos,
Cyperi, Ameos, Spicæ, Cassiæ ligneæ ana ʒ.ij.ß.
Ammoniaci ʒ.x. Styracis, Bdellii ana ʒ.v.
Terebinthinæ ℥.j. ß. Caricarum pingv. n° xij.
Sevi hircini, Resinę ana ℥.ij.ß.
Ceræ ℥.vj. Ol. Majoranæ & Nardini q.s.
Fiat Emplastrum.

¶ Emollit strenuè ac digerit, doloresq; lenit: accomodatum Ventriculi, jecoris atq; Lienis pręduris tumoribus, tensisq; hypochondriis.

Empl. de Mucilaginibus.

℞ Mucilag. Sem. Lini, Altheæ, Fœnugręci,

Mediani

Mediani corticis Vlmi ana ℥.iiij. ß.
Ol. Chamęmeli, Liliorum, Anethi ana ℥.j.
Ammoniaci, Galbani, Opopanacis,
Sagapeni ana ℥.j.ß. Croci ʒ.ij.
Terebinthinæ .℥. ij. Ceræ novæ ℥.ij.ß.
Fiat Emplaſtr. ſ.a.

¶ Præduros tumores validè mollit ac digerit, abſceſſus qvoqve maturat, eorumq́; ruptorum ſaniem ac pus abſtergit.

Empl. Nigrum.

℞ Ol. communis ℔.iiij.
Aceti albi ℔. ij. Lithargyrii ℔. ß.
Plumbi uſti, Cerusſæ ana ℥. vj.
Ceræ albæ ℥. iiij. Caphuræ ℥. j.
Minii ℥. vj. Succi Solatri,
Succi Plantaginis ana ℔. j. fiat Empl. ſ. a.

¶ Valet contra ulcera antiqva.

Empl. Oxycroceum Nic.

℞ Ceræ, Picis navalis, Croci,
Colophoniæ ana ℥.iij.
Terebinthinæ, Galbani, Ammoniaci,
Myrrhę, Thuris, Maſticis ana ℥, j. ʒ.iij.

Galbanum & Ammoniacum aceto liqvātur atq; colantur: pix dein colata additur, ab hac cera, mox Colophónia & Terebinthina, non multò pòſt Thus, Maſtix & Myrrha. Coctum Emplaſtrum in frigidum mergitur expreſsumq́; ſubigitur cum pulvere Croci manibus oleo perunctis.

¶ Omnē duritiē mollit atqve diſcutit, articulorū dolores & eos qvi circum membranas ſunt oſsium, evocat atq; diſperdit.

Empl.

Empl. Triapharmacum Mes.

℞ Lithargyrii subtilis. triti,
Aceti vini ana ℔.j.
Olei veteris ℔.ij. Fiat Empl. s.a.

¶ Generat carnem in Vulneribus & consolidat ea.

Seqvuntur Emplastra Minùs usualia.

Empl. Bechicum.

℞ Resinæ Pini ℥.iij. Oesypi ℥.ij.ß.
Ceræ ℥.iij. Pul. Ireos Florentinæ,
Olei Cheyrini ana ℥.j.ß. Misce fiat Empl.

Empl. Hepaticum.

℞ Adipis Anserini, Medullæ Cervinæ ana ℥.j.
Olei Masticis ℥.ij. Ol. de Absinthio ℥.j. Liqvefiat simul, & adde
Ammoniaci aceto soluti ℥.j.
Masticis ℥.j.
Bdellii, Styracis calamitæ ana ℥.ij.
Absinthii Pontici ℥.iiij. Cinnamomi ℥.ij.
Croci ℈.ij. Ceræ, Terebinthinæ ana ℥. x. Misce.

Empl. Spleneticum.

℞ Farinæ Lupinorum P.j.
Cortic. Capparis ℥.j. Comarum Absinthii ℥.j.
Coqvantur in Aceto & Melle. Adde
Vngventi splenetici ℥.ij.
Ammoniaci aceto soluti ℥.j. fiat Emplastrum.

Empl. pro Renibus.

℞ Masticis ℥.j.ß. Ladani puriss. ℥.ij.ß.
Myrrhæ ℥.vj. Ceræ citrinæ ℥.ß.
Nuc. Cupressi, Hypocisthidis, Acaciæ,

Sangvi-

Sangvinis Draconis ana ℥.iij.
Rosarum rubrarum, Coralli rubri,
Trium santalorum, Menthæ siccæ,
Sem. Coriandri torrefacti,
Aliptæ moschatæ ana ℥.ij.
Terebinthinæ q.s. Reducantur omnia ad formam Cerati & fiat Emplastrum.

Emplast. contra Lumbricos.

℞ Farinæ Lupinorum ℥.iiij.
Centinodiæ, Absinthii pontici,
Centaurei minoris, Tanaceti,
Cortic. Citrangulorum ana ℥. ij.
Nucleorum Persicorum,
Amygdalarum amararum ana ℥.j.ß.
Ceræ ℔.j.ß. Picis navalis ℔.ij.ß.
Coralli rubri ℥.ij. Terebinthinæ,
Olei Masticis ana q.s.
Fiat Emplastrum.

Emplast. de Mastice.

℞ Masticis ℔.j. Thuris ℔.ß.
Coralli rubri ℥.j.ß. Santalorum omnium ʒ. v.
Garyophyllorum, Galangę, Nucis moschatæ,
Menthæ, Absinthii ana ʒ. ij. ß.
Galliæ & Aliptæ moschatæ ana ʒ.j, ℈.ij.
Picis ℔.j. Ceræ & Terebinthinæ ana q.s. fiat Emplastrum.

¶ Confert dolori dentium temporibus applicatum.

Empl. pro omnibus plagis.

℞ Carbonum Salicis ℥.j. Resinæ ℥.j.ß.
Plumbi usti ℥.j. Ol. communis ℔.j.ß.
Ceræ novæ q.s. fiat Emplastrum.

Empl. ex Cœpis.

℞ Ceparum magnarum n°. iiij. Excaventur & impleantur Theriaca magna: postea assentur sub calidis cineribus. Assæ contundantur, adde

Fermenti ʒ. iij.

Pulv. Rad. Altheæ, Liliorum alborum ana ʒ. iij.

Croci ℈. j. Incorporentur cum ol. Liliorum albórum, adde Emplastri Tetrapharmaci Gal. ℥. j. ß. Misce.

¶ Usus Emplastrorum est ante cibum, tum ad humorum fluxum per inflammationes repellendum, tum dolorem leniendum, membra corroboranda, dura emolliendа, discutienda ea, qvæ coierunt, cruda concoqvēda maturandaqve, infixa pertinaciter evocanda, ad suppurationem ducenda, purgãda, aperienda, glutinanda, cicatrice obducenda.

Cap. V.

DE CATAPLASMATIS.

Cataplasma, mediâ, inter ungventum & Emplastrum qvasi ex amborum materia mixtum, consistentiâ. Cherurgi hodie Pulticulas qvoq; vocant eò qvòd mollem spissitudinem habeant, & linamẽto, aut stupâ, aut lanâ excepta Emplastri modò extendantur. Conficiuntur Cataplasmata ex radicibus, herbis, floribus, surculis, fructibus coctis atq; cõtusis dum abundè mollescant, adjectis dein farinis, oleis & adipibus. Unde non aliud censeri debent, qvàm qvòd Veteres μάλαγμα dixère cùm & ex his ipsis, qvæ dixi medicamentis Malagma confici Celsus tradat. Omnium autem modus esto, ut stirpi-

ſtirpium ſit pars una (e.g. ℔.j.) farinarum ſemis (℥.vj.) adipis aut olei qvadrans (℥.iij.) Si qvæ ſemina aut radices aridæ aut ſtirpes indendæ fuerint, pulveratæ ſubſtituentur pro farinis. Recentes itaq; radices, herbæ, flores, ſurculi, fructus, præſertimq; caricæ coqvuntur, dum contabeſcant, cribro cernuntur, cretis adduntur & mucilagines & farinæ, & adipes & olea, rurſumqve coqvuntur, dum in Pultis aut concreti Mellis craſsamẽtum coeant. Hoc dein Cataplaſma linteo aut ſtupæ cãnabinæ inducitur, & ſuper integram cutim injicitur.

Cataplaſma adſtringens.

℞ Micæ panis toſti & in aceto macerati ℥.vj.
Contundatur, & addatur
Garyophyllorum, Macis, Maſticis,
Galangæ, Myrtillorum, Acinorum Vvarum,
Balauſtiorum ana ℥.ß.
Ol. Abſinthii, Menthæ ana ℥.ij. Fiat Cataplaſma, applicetur ſuper ventrem.

Catapl. emolliens & diſcutiens.

℞ Malvæ, Altheæ cum radicibus ana M.ij.
Florum Chamomillæ, Meliloti ana P.ij.
Pulegii, Origani, Saturejæ ana M.j.
Coqvantur in aqva donec molleſcant, dein contuſa in formam Cataplaſmatis redigantur.

Catapl. attrahens.

℞ Flor. Chamomillæ, P.j.ß.
Farinæ ſem. Lini, Fœnugræci ana ℥.ij.
Rad. Iridis pulverizatæ ℥.iij.
Stercoris Columbini ℥.j.ß.
Adipis Gallinæ ℥.ij.

Olei Liliorum, Chamæmeli ana ℥.j.ß.

Catapl. abstergens.

℞ Parietariæ M.j.
Flor. Chamomillæ, Meliloti, Sambuci ana P.ij.
Fiat decoctio. In qva incorpora
Farinæ fabarum, Hordei, ana ℔.ß.
Ol. Chamomillæ, Amygdal. amar. ana ℥.ij.
Pingvedinis Gallinæ ℥.j. Fiat cataplasma permiscendo fæcem decoctionis.

Catapl. discutiens.

℞ Stercoris bovini ℔.j.
Stercoris caprini ℥.iij.
Anisi, Fœniculi, Carvi ana ℥.ß.
Fiat Cataplasma.

Catapl. dolorem sedans.

℞ Rad. Altheæ ʒ.iij.
Malvæ cum radicibus,
Violariæ, Branchę ursinę ana M.j.
Flor. Chamomillæ, Violarum pulv.
Furfuris ana P.j.
Fiat decoctio in brodio pingvi, ut vervecis, vel ad de Axungiæ porci ℔.ß. Contusis omnib. & per cribrũ transmissis fiat Cataplasma.

Possunt hæc supra omnes partes dolentes aut inflãmatas applicari. Qvod si hypochondriis calfacientia & discutientia Cataplasmata applicanda sint, nisi antea vacuato corpore adhiberi minimè debent. Attrahunt enim totius corporis excrementa. Cæterùm doloribus leniendis, tumoribusq; concoqvendis vel digerendis maximè accommodata sunt.

Ca-

Caput VI.

DE DROPACIBUS.

Δρόπακες, ἀρεπανίσμοι & πιτ]ώσεις, Latini Picationes à pice vocant, qvibus membra externa omnia extenuata, resoluta, frigida & humida oblini solent. Sunt autem Dropaces duplices, simplices & compositi. Simplices ex pice modica oleo liqvata constant. Compositi constant pice, ut arida Brutia; resinis ut Colophonia; gummis ut Galbano; succis ut Opopanace, Euphorbio, Opobalsamo, Ammoniaco; terreis, ut Nitro, Adarce, Sulphure vivo; radicibus, ut Pyrethri, Veratri albi; Pipere, Castoreo &c.

Dropax simplex.

℞ Picis q.s. Olei communis vel Terebinthinæ parum. Liqventur simul, & fiat Dropax.

¶ Calefacit & humectat, sangvinemq; ad partes membrorum emaciatas attrahit, reficitq;. Qvinetiam iis, qvi cibum solent removere & cruditatem experire; itē Cœliacis & aliis alimentum non sentientibus convenit,

Dropax compositus.

℞ Picis, Ceræ, Colophoniæ ana ℥.iij.
Nitri ℥.j.ß.
Bituminis ℥.j.
Sulphuris vivi ʒ.iij.
Piperis, Euphorbii, Adarces ana ʒ.ij.
Cantharidum ʒ.ß. Olei Cyprini ℥.j.
Fiat Dropax.

¶ Diuturnis vitiis cōvenit, & ante Sinapismū corpus p̄parat.
Dropax uterq; Calidus adhuc cuti illinetur, & p̄rasis mēbris adglutinabitur. Priusqvā autē pfrigescat, avellatur,

tur rursusq; calefactus ad ignem admovebitur; idem antea qvàm refrigescat, avelli debet: idq; sæpius.

Caput VII.

DE SINAPISMO.

Σιναπισμὸς ἢ φοινιγμὸς, vulgò Rubificans Emplastrum nominatur ab effectu. Conficitur ex pulpæ ficuũ & fermenti pari pondere, qvibus seminis sinapis cõtusi qvadrans concorporatur. Nonnunqvam adduntur & farinæ & adipes, sed ea semper ratione, ut sinapi compositionis totius pars sit qvarta: tametsi ejus vis intendi remittiq; ex causa potest.

I.

℞ Pulpæ Caricarum coctarum in aq. & aceto
Seminis sinapis ex aceti triti ana partes æqvales
fiat Sinapismus.

II.

℞ Ol. Costini ℥.j.
Ol. è Castoreo,
Euphorbii ana ʒ.j.ß.
Sinapi ʒ.ij. Castorei ʒ.j.
Euphorbii ℈.j.
Sagapeni ℥.j.ß. Aceti ʒ.j.ß.
Ceræ q.s. ad Empl. consistentiam.

☞ Usus, potissimũ in diuturnis affectibus, ubi reliqva præsidia non sufficerint, efficacissimus est. Maximè verò prodest capitis dolori, hemicraniæ, morbo comitiali, vertigini, insaniæ, capiti admotus. Thoraci autem in Asthmate, Orthopnæa, tussi diuturna. Item in destillatione, caput & thorax Sinapismo illinẽdus. Stomachus etiam & Ventriculus in longis ipsorum passionibus Sina-

Sinapiſmo obducuntur. Conveniens qvoq; præſidium Iſchiadicis, podagricis & omni parti reſolutæ, aut alio qvodam modo ſic refrigeratæ, ut difficulter calefieri qveat. Prætereà in acutis paſsionibus, utpote lethargo & catocho. Sinapiſmus inducitur, initio qvidē cruribus, ubi verò materia radices egerit ac firmata fuerint Capiti.

Caput VIII.

DE MODO TINGENDI CERAS.

Cera alba.

℞ Ceræ q. v. Aqvæ claræ partes ij. Bulliant ſimul & coqvantur donec nigreſcat aqva. Projice hanc & aliā infunde, & toties fiat, qvoad fiat alba: dein collectā ceram reſerva.

Cera flava.

℞ Ceræ flavæ ℥. viij. Terebinthinæ puræ ℥. ij.
Cinnabaris optimè triti ʒ. v. Ol. Lini q. ſ. Liqveſiant Cera & Terebinthina ad ignem, dein removeantur, & poſt aliqvam infrigidationem addatur Oleum et Cinnabaris ſimul trita beneq; ſimul miſceātur & in formulas ſculptas fundatur.

Cera viridis.

℞ Ceræ novæ ℔. j. Aeruginis tritæ ℥. j.
Ol. Olivarum ℥. j. Terebinthinæ ℥. iij.
Liqvefactis Cera & Terebinthina, poſt aliqvalem refrigerationem addatur Aerugo & oleum, probè miſceantur, & in formulas ſculptas & ſpongia madida humectatas fundatur.

Cera nigra.

℞ Ceræ novæ ℔. j. Terebinthinæ ℥. iiij.
Terræ nigræ tritæ, Olei communis ana ℥. j.

 Miſce.

Misce,& fiat tinctura s.a.

Cera Hispanica rubra.

℞ Colophoniæ ℥j. Resinæ, Ceræ ana ʒ.ij.
Terebinthinæ ʒ.j. Vitri Venet. subtiliss. pulverizati ʒ.iij.
Cinnabrii ʒ.ij. Misce fiat s.a.

Cera Hispanica viridis.

℞ Colophoniæ ℥.j. Ceræ ʒ.ij.
Viridis æris ʒ.j, ℈.j.
Gummi Hederæ, Gummi Elemi,
Sandarachæ ana ʒ.j.
Masticis, Thuris albi ana ℈.j. Misce fiat s.a.

Cera Hispanica colorata.

℞ Picis navalis, Citrini, Colóphoniæ,
Resinæ ana ℥.ß.
Ceræ, Terebinthinæ ana ʒ.j.ß.
Cinnabrii ʒ.ij. Viridis æris ʒ.j.
Lazurblau ʒ.iij. Misce.

APPENDIX DE PRAEPARATIONE, *nec non ratione Ponderum & Mensurarum.*

[Purgatio] seu Mundatio nihil aliud est qvàm, qvicqvid simplicibus inutile adhæret, vel inest, abjicere. Sic purgátur herbæ, flores, radices, fructus, semina, adipes &c.

[Calefactio] Calefiũt medicaméta aut igne, sole, fimo aqva

aqva calida, vapore ejusdem, lapide aut ferro calefacta.

[Refrigeratio] Refrigeramus autem aêre frigido, aqva, nive, collocatione in cellam. Refrigeramus omnia calore præparata priusqvam reponamus, nec non qvæ calore soluta frigore volumus concrescere, ut Electuaria sicca, Cerata, Emplastra &c.

[Extinctio.] Gemmæ & qvædam metallica, sæpius anteqvam urantur, extingvuntur aqva, vino, oleo, melle, butyro aut alio aliqvo humore.

[Humectatio] Humectatio fit nunc aqvâ, nunc aceto, nunc alio humore, non solùm in simplicibus, sed etiam in cópositis, ut cum crassa humore diluimus, qvò faciliùs & jucundiùs devorentur. Vtilis est ad fructus condiendos, radices peregrinosq; cortices odoratos, item ad odorata nonnulla, veluti Moschū, Ambram &c. nec non herbas, ut sunt Cotyledō, Portulaca, Sempervivum.

[Mollitio] Medicamenta redduntur molliora, vel affuso humore aliqvo sed pauco, vel calore solis vel ignis. Calore mollescunt cornua, ungulæ, pili, succi, liqvores, lachrymæ, ferrum & alia metalla. Zytho Ebur, Vniones; Corallia Aceto mollescunt & solvuntur.

[Liqvatio] eorum est, qvæ à frigido concreverunt in liqvorem & fluxilem consistentiam à calore facta resolutio. Liqvantur pingvedines, medullæ, oleum concretum, cera, pix, gummi, resina: item aurum, argentum, plumbum &c.

[Dissolutio] Dissolvuntur gummi in Vino, Aceto, ut Galbanum, Ammoniacum, Opopanax &c. Metalla qvædam aqvâ, vino vel aceto pulverizata, ut Vitriolum, Misy, Chalcitis: itē Margaritæ, Corallia in succo Limonū, Opiū Thebaicū aqvâ, liqvore, oleo aut adipe,

[Exiccatio] cōſumtio eſt humiditatis, aut noxiæ, aut excrementorū. Siccantur herbæ, radices, fructus, ſemina, partes animalis, &c.

[Induratio.] Durātur medicamenta frigore, aut ſicco aliqvo addito.

[Aſſatio.] Aſſantur medicamēta humida, ut carnes, fructus, radices, aut ad ignem in veru aut clybano.

[Frixio.] Friguntur in oleo, vel pingvedine aliqva in ſartagine.

[uſtio.] Vrūtur plantarū partes, ut folia Olivæ, Braſsica, ſarmenta, ligna, cortices, Myrobalani, Rheumbarbarum, Aloe, &c. Animalia itē, ut Cancri, Teſtæ, Scorpiones, viperæ, oſſa, cornua, ungves, &c. Metalla, ut Sal Nitrum, Vitriolum, Alumen, Plumbum, Lapides,

[Tuſio.] Medicamenta alia tunduntur multū, ut metalla & alia craſſa: alia parū, & vel ſola, ut Aromatica omnia, radices, herbæ odoratę, maſtix, gummi; vel cū aliis, nēpe cū vino, aut aqva aut aceto, ut Galbanū, Ammoniacū, Opopanacū, Bdelliū, Myrrha, ſuccus Glycyrrhizæ: ſucco aliqvo, ut Opiū; aqva Roſarū, ut Moſchū, Ambra, &c. Ol. Amyg. dulciū, vel aqva ardēte, ut Caphura.

[Lavatio.] Sic alia lavātur contuſa, dein in aqva tamdiu infuſa donec reſideant, & hoc reiterando qvoad aqva limpida appareat, ut Calx, Aloe, Metalla, &c. Alia liqvefacta, & in aqva infuſa, bacculoqve agitata, donec clara evadat aqva, ut Reſinæ, Olea, Pingvedines.

[Expreſsio.] Sic exprimūtur herbæ, radices, fructus, decocta, ſucci, olea, & vel manib. torculari, vel pāno lineo.

[Coctio.] Coqvūtur medicamēta ex aqva, vel ſero, vel lacte, vel vino, vel aceto, vel qvovis liqvore: & vel multum, diuq;, ut fructus, cortices, ligna, radices, ſemina, omniaq; ſicca: vel parū, ut flores, herbæ, recētia omnia: vel mediocriter, qvæ ſe habent medio modo. Ex-

[Extractio.] Sic extrahũtur ſucci ex herbis & radicib. & fructib. prius contuſis, dein expreſsis, demũ ad ſpiſſitudinem coqvitur. Item mucilagines ex Althea, Malva, Fœnugræco, ſemine Lini, &c.

[Deſpumatio.] Deſpumantur decocta, ſucci, Mel, &c. ferreo cochleari perforato, ſpumam ſupernatantem auferendo: Saccharum cum albuminibus ouorum prius contuſis, dein ſimul fervefactis & deſpumatis.

[Clarificatio.] Sic clarificamus Decocta, Infuſa, Syrupos, julepos, &c. repoſitione, colatione & deſpumatione, ovorum albuminibus prius contuſis dein, &c.

[Colatio] Colantur Decocta, Succi, Infuſa, Syrupi, Olea, Gũmata liqvata, per cribrũ, pannũ lineũ, philtrũ, &c

BREVIS PONDERUM ET MENSU-rarum uſualium elucidatio.

Nomen.	*Figura.*	*Poteſtas.*
Granum Σιτάριον Grän.	G̈. Gr. g̈.	pondus grani hordei: eſtq; minimũ põdus.
Obolus ὀβολὸς.	ʃ.	Gr. xij. vel ℈. ß. põdet.
Scrupulus Scriptulus γράμμη Scrupel.	℈.	vulgo Grana põdet xx Peritiorib. Gr. xxiiij. vel ʃ. ij. Dicitur γράμμη, q. elementum omnium ponderum.
Cochlear.	Cochl.	℈. j. ß, vel ʒ. ß. minima pars menſurarum.

Drachma

Drachma Δράχμα καὶ ὁλκη Quintlin	ʒ. Є.	Gr.xx, vel ℈.iij. unciæ pars octava.
Aureus. Denarium.	·X·X.χ. Aur. Den.	ʒ.j.ß. Aliis paulò plus Drachma cũ dimidia à Denario vix differẽs
Solidus.	Sol. Solid.	℈.iiij. Sexta pars unciæ.
uncia οὐγκία Untz 2. lott.	℥.ʒ. 2/1.	ʒ.viij. vel X.vij. Libræ pars duodecima.
Cyathus.	Cyath.	ʒ.x. aut Cochlearia xx
Qvartarius Qvadrans Quart.	Q. Qrt. qd.	℥. iij. Qvarta pars libræ.
Hemina κοτύλη Cotyla.	Hem.	℥.ix Qvibuſdam ℔.j.
Libra Pondo λίτρα Pfund.	℔. lib.	℥.xij. Medica ſcil. aliàs Duodenaria: Mercatoria verò ſeu Negotiatoria pendet ℥.xvj.
Sextarius ξέστης.	Sext.	℥.xviij, vel ℔.j.ß. Heminæ duæ.
Manipulus χειροπληθὴς Handvol.	M.	qvantum manu comprehenditur.

Pugil.

ⱡ Pugillus Δρὰξ.	P.	Manipuli pars dimidia, qvantum tribus digitis capi poteſt.
Numerus	No. n°.	ut n°.ij.n°.iij. n°. iiij, &c.
Paria	Par.	ut Par.j.Par.ij.Par.iij.et.
Semis	S. ſ. ß. ß.	id eſt, dimidiũ cujuſqve ponderis præpoſiti, ut ℈.ß.ʒ.ß.℥.ß.
Singulorum	Ana, ἀνὰ, ãa ſing.	id eſt, omnium æqvales partes.
Qvãtũ ſufficit	q. ſ.	
Secundũ artẽ	ſ. a.	
Fiat decoctio	f. d.	

ΠΕΡΙ' ΤΩ͂Ν Α'ΝΤΙΒΑΛΛΟΜΕ'ΝΩΝ; hoc eſt, de Succedaneis,

Gulielmi Rondeletii apud Monſpelienſes olim Profeſſoris Regii, tractatus.

Poſtqvam diu de Succedaneis cogitaſſem, incidi tan dem in tractatum viri doctiſs. Gulielmi Rondeletii, & Practici excellentiſsimi, qvem hic totum tanqvam uti liſsimum apponere voluimus, ſimplicibus ſaltem in ordinẽ alphabeticum redactis ad faciliorem inventionẽ.

Cùm ſuccedaneis uti nõ rarò cogamur, nec enim om ne fert omnia ſolũ, nec ubivis medicamẽta opportuna occur-

occurrunt. Ruri enim εὐποριστοῖς utendum: & cùm medicamenta neceſſaria ad repentinos caſus ad manū minimè ſint, præſentibus utendum) eligenda erunt qvę noſtris ſimplicibus ſubſtitui poſſunt, ut Galenum feciſſe legimus, cui Euphorbium cùm ad ſpicula, aculeos & infixa eximenda deeſſet, ex alveariis propoli pro Euphorbio felici ſucceſſu uſurpavit. Succedaneorum verò uſus hodie magis eſt neceſſarius, qvàm unqvam fuit, cùm multis qvæ antiqvis in regionibus ſuis exortivis & exoticis dives & uber proventus ſufficiebat, hodie careamus: tum ſuppoſititia Hebręorū & mercatorum vafro ingenio adulterata transvehantur; qvæ ſi rejicienda, alia ſubſtituere neceſſe eſt. Adhæc pleraqve priſca ſimplicia medicamenta exoleta, antiqvitùs notiſſima & uſitatiſsima hodie ignorantur.

Permultę Arabibus excogitatę & utiles inventę cōpoſitiones efficaciſsimaq; remedia in uſū recepta, qvorum ſimplicia barbarie vocū nobis prorſus ignota ſunt. Qvid enim nominibus illis barbaris ſignificare voluerint, neſcimus, aut illis caremus. At in Succedaneorū delectu & uſu peſsima illa Medicorum conſvetudo meritò rejicienda, qvę jam à multis annis invaluit, magno ęgrotantium incommodo, qva in compoſitione remediorum omnia, qvę commendata ſunt vel ad morbum, vel ad partem affectā, vel aliqvod ſymptoma, congerūt temerè, & cùm omnia ſimilia uſurparunt, haud habent amplius qvod pro ea herba aut medicamento ſubſtitui poſsit.

Qvod ſi una, duabus vel tribus herbis contēti eſſent nunqvam ſuccedaneo deſtitueretur pharmacarius. Sin autem qvantitas neceſſaria foret pro manip. adde ij, pro duobus iij, vel iiij. Hinc duo conſeqventur commoda

moda; certior medicamenti operatio, facilior & citissima preparatio; pluribus remediis & succedaneis summo artis Medicæ ornamento abundabit Medicus, cui iterare, immutare, supponere pharmaca licebit, & plura qvã vulgus Medicorũ & Clinicæ sapere. Ut si in suo decocto Borraginem præscribat, ea si defuerit, Buglossum agreste substituet vel cõtrà: si Scariola desit succũ vel syrupũ substituere licebit: si Cichorium, dens Leonis vel Endivia: si Chamæpitys, Chamædrys substituatur, si desit, vel contrà: Sed qvid faciet si omnia cõgerantur in uno eodemq; medicamẽto? certè nihil aliud, qvàm poeticũ illud chaos, Rudis indigestaq; moles.

Illud Villanovani ante oculos volvãt, ubi in prõptu habentur simplicia, dolũ esse si qvis compositis utatur.

A prava igitur consvetudine recedãt & illos tanqvã scopulos vitẽt: caveãt itẽ malos, avaros, improbos, indoctos & imprudentes pharmacarios, qvi nummi & lucri rapaces, farraginẽ medicamẽtorũ etiã semiputridorum collaudant. Qvidã hoc faciunt ut copiã ostentent, vel ignorantia vel superbia; & aliqvi docti ne videantur in remediorum cognitione minus exercitati.

Porrò cùm sint qvædã compositiones utiles priscis Medicis excogitatæ, experientia & ratione receptæ & comprobatæ, nonnulla succedanea investigare, agnoscere & sufficere oportet, ut parari possint nobilissima pharmaca, qvæ ea ratione minimè excludenda & rejicienda, cùm non tanta infelicitate succedanea qvædam illis non inferiora, interdum æqvè bene expleant omnes pollicitationes genuini medicamenti.

Succedanea, quantum fieri poteſt, ejusdem ſint generis & ſpeciei.

Rondel. Herba pro herba.
Radix pro radice.
Flos pro flore.
Semen pro ſemine.
Succus pro ſucco.
Lachryma pro lachryma,
Reſina pro reſina.
Muccago pro muccagine.
Metallum pro metallo.
Lapis pro lapide.
Terra pro terra.
Pix pro pice.
Axungia pro axungia.
Medulla pro medulla.
Avis pro ave.
Serpens pro ſerpente.
Pars animalis pro parte.

Compoſitio pro Compoſitione.

Pulvis pro pulvere.
Trochiſcus pro trochiſco.
Opiata pro opiata.
Electuarium pro electuario.
Pilulæ pro pilulis.
Eclegma pro eclegmate.
Tabella pro tabella.
Confectio pro confectione.
Conſervatio pro conſervatione.
Syrupus pro ſyrupo.
Emplaſtrum pro emplaſtro.

Oleum

Oleum pro oleo ſive ſimplex ſive compoſitum.
Vngventum pro ungvento.

Theorema univerſale vel commune.

Medicamentum, qvod ſubſtitui debet ſive in internis ſive externis,
- convenire debet
  - viribus
    - occultis
    - manifeſtis
  - conſiſtentiâ.
- ſit etiam ſimile, in
  - Sapore
  - Odore
  - Aetate
  - Natalitiis & regiõe
  - Natura & temperamento.

Nonnulla in externis remediis ſupponuntur, qvibus in internis uti nõ licet: ut ſuccus Cardopatii ſubſtitui poteſt pro Lactucæ ſucco in externis: cùm tamẽ venenum ſit, non intrò ſumitur.

Non totum ſimplex ſed aliqvæ partes ſubſtituuntur, ut Muccago ſeminis Pſyllii pro muccagine ſeminis Cydoniorum: non totum ſemen; qvia pars interior tẽperamẽto differt à muccagine & venenata putatur. Neqve etiam Cydoniũ mâlum convenit pro ſemine ſuo, qvia viribus & conſiſtentiâ differt.

Formulæ qvædam in qvibuſdã remediis ſibi mutuo ſuccedunt, ut conſervatio pro ſyrupo ejusdem ſimplicis, fructus, floris vel radicis. Conſervatio capill. Veneris, pro Syrupo in opiata ſubſtitui poteſt: ſed in ſyrupi cõſiſtẽtiâ non poteſt, qvia remedii formula nõ patitur.

Pro liqvidis liqvida ſubſtitui debent: qvare deficiente ſyrupo, aqva vel herbæ decoctum ſubſtituatur.

In qvibusdam conditis ſupponere licet ſyrupũ cõſervationis, qvia in ſyrupo conſervantur, ut ſyrupus cõſervationis Citri, pro ſyrupo è corticibus Citri. Syr. Conſervationis radicis bugloſsi pro Syrupo de bugloſſo.

Emplaſtris item pro ungventis uti licet, & contrà, modò pars affecta aſſentiatur: ut Emplaſtro filii Zachariæ, pro ungvento Reſumtivo: & Reſumtivo pro Emplaſtro. In thoracis verò affectibus niſi diſſolvatur aut malaxetur, non utendum, qvia Emplaſtra impoſita dilatationem coſtarum & reſpirationem impediunt.. Emplaſtrum è Ceruſſa, pro ungvento albo, niſi inflammatio prohibeat; qvæ neqve dura neqve gravia ferre poteſt.

Varia alia medicamenta pro aliis ſubſtituere licet; modò vires correſpõdeãt.

Pilulæ pro confectionibus & Confectiones pro pilulis, ut Hiera ſimplex pro pilulis de Hiera & benedicta, & contrà. Et pro pilulis pituitoſis, Electuarium Diacarthami, de citro ſolutivum. Pro bilioſis, Electuar. de ſucco Roſarum, & contrà obſervatâ cujusq; qvantitate. Hieræ & ſimilium Electuar. doſes augendæ ob mellis molem, qvæ medicamenti vires minuit.

Syrupus pro Eclegmate, ſi lambendo aſſumi debet, ut ſyr. jujubarum pro Looch ſano & experto. Syr. è papavere pro Diacodio.

Pulvis pro trochiſco & contrà, ut Diarrhodon, pro trochiſcis Diarrhodon. Trochiſci de Sqvilla pro Ecle-

gmate

gmate de Sqvilla, aucta vel imminuta qvãtitate pro ratione, indicatione morbi, & ſcopo Medici.

In Simplicibus aliqvando partes religioſè non obſervantur, ut Turbith pro Agarico trochiſcato, & contrà. Hic ſimplex pro compoſito ponitur, vel compoſitum pro ſimplici, pro Agarico Colocynthis in minori qvantitate. Carthami duplum & triplum pro Agarico & contrà.

Difficile tamen inventu ſimplex Medicamentũ ſubſtituendum, qvod verè undeqvaqve omniq́; ex parte cõveniat, ut teſtatur Avicénas in ſuo Canone; ubi vix duo ſimplicia medicamenta, aliorum facultate ſimiliũ penuria, ſubſtitui tutò poſſunt. Qvod cùm difficilimũ foret, ille aliqvando duo, interdum tria pari pondere & menſura, nonnunqvam duplicato & triplicato, addita qvinta aut octava parte alterius medicamenti, ſupponit. Qvia paucisſima ſunt medicamenta qvæ omninò ſimile temperamentum obtineant, aut eandem cõſiſtentiam, craſsitiem, tenuitatem partium, & proprietates occultas.

Varius in compoſitionibus eſt medicamentorum uſus, vel
- ob
  - calorem
  - frigus
  - humiditatẽ
  - ſiccitatem
    - in principio primi, in medio & primo gradus, & ſic de aliis
- ob
  - partium
    - tenuitatem
    - craſſitiem
  - lentorem
  - ſaporem
  - odorem
  - colorem

Qvare id qvod tem-

peramento reſpondet, ſæpe diſsidet craſsitie vel tenuitate partium, vel alia facultate, ut pro Aſaro Acorum ſubſtituendum cenſent. At in omni operatione nõ convenit: non enim omnia poteſt Acorus, qvæ Aſarum. Vrinas qvidem & menſes ciet: (qvare in ureticis tantũ ſupponendum) vomitum verò excitare, aqvasq; educere, uti Aſarum, minimè valet.

Eadem ratione Hyacinthus pro Anchuſa ſubſtituitur. Sed ſi ob colorem Anchuſa opus ſit, ut in vngventis, Hyacinthus nõ cõvenit. Ejus verò loco Lacca ſupponitur, vel Braſilia, Santala rubra, Lacca pictorum vel Coccos baphica. Aſſa dulcis, pro fœtida non conceditur propter odorem, ut Avicennas ſubſtituit in affectibus Vteri, qvia odore jucũdo uterum ſurſum alliceret: ſeqvitur etiam odorata, fugit fœtida.

Propter ſaporem qvædam uſurpantur: ſed non conveniunt undiqvaqve. Pro Sacchar o Mel & Manna ſubſtitui poterit in qvibusdam remediorum formulis, ut in medicamentis laxantib. minimè aũt in aſtringentib. qvia Manna ventrem ſolvit magis qvàm Saccharũ vel Mel. Muccus utilis eſt in fluxu ſangvinis, & ob lentorem uſurpatur. Fœnumgræcum, qvod muccaginem reddit, ſed calidam, ideò in ſputo ſangvinis rejicienda, qvẽ admodũ in externis remediis, ut Ophthalmia, in qva Ovi albumen præfertur qvidem in principio & incremento: in ſtatu verò & declinatione muccago Fœnugræci commendatur.

Qvæ ſupponũtur nõ in omni formula remedii ſubſtituuntur, ut Myrrha pro Bdellio in pilulis & ungventis: ſed in pilulis è Bdellio nullo modo cõceditur, qvia ſangvinis fluorem & hæmorrhoidarum ut menſes Myrrha, elicit. In ſubſtitutis igitur hæc obſervare oportet,

ut ſuppoſititium in locum adulterati genuini penuria, eadem efficiat, qvod ipſum genuinum præſtabat: ut ſi calefaciebat, refrigerabat, humectabat, vel ſiccabat, adſtringebat vel laxabat, vel concoqvebat. Pro abſinthio ſimpliciter dicto in compoſitionibus Græcorum Seriphium vel Santonicum. Pro abſinthio è Ponto vel Tauro mõte, Romanũ Pro Romano, illius loci ubi habitas.

Hoc licet in omnium herbarum delectu præſtare, q̃ ſunt alicujus regionis, modo illam herbam regionis finitimæ, vel ſaltem ſimilimæ aſſumas. Cujuſmodi eſt Craux vulgo Gallo ꝓvincię ſ. Creta, ubi thymus noſtras anguſtifolius & Epithymus optima & copioſiſsima. Secundo loco herbę regionũ humidarũ, modò ęſtas ſqvallida fuerit, in locũ calidarũ, ſubſtitui poſſunt. Qvod feciſſe Gal. docet in ꝑparatiõe Theriaces, pro Macedonico Petroſelino, Petroſelinũ alterius regiõis ſubſtituẽs.

Sed regionis ſimilitudinem obſervare oportet, nam regio auget vel minuit medicamenti efficaciam & bonitatem, pro Illyrica Iride, Venetum ſumemus, & pro Africana, Florentiam.

RADICES.

Pro
- Acoro, Calamus arom. Offic. & contra.
- Acoro in laxantibus & cientibus urinas & mẽſes. Radic. Aſari.
- Althea { hortẽſis / ſylveſtris } Malvę radix.
- Apii { Petroſelini / Macedonici.
- Ariſtolochia longa { Rotunda & contra, / una pro omnibus.
- Aſaro, qvando purgandum & vomitus cien-

pro dus { Helleborus semen hæc tria simul. } { Genistæ Raphani }

Asparago altili, Corruda, imminuta qvantitate, qvia acrior & efficacior.

Calamo odorato Libani { Schœnantum
Calamus s. Acorus Offic.
Santalum citri. Offic. si ad odorem solùm. }

Cortice rad. Capparis, Cortex radicis { Tamarisci
Sambuci
Ebuli
Populi
Lauri. }

Costo, Pyrethrum.

Galanga, Cyperus rotundus & contrà.

Gentiana, medietas { Asari & rad. Capparis. }

Lapatho, Oxalidis radix.

Nardo, Nardi species.

Rhabarbaro ad lax. succus Rosarum.

Rhabarbaro ad adstringendum. { Hydrolapathi rad.
Galangæ majoris, si calore opus.
Bistortæ rad. si refrigeratione. }

Rhapõtico { Radix Centaurei majoris.
Rhabarb. nostri magma.
Rhabar. prius infusum & expressum.
Rhab. torrefactũ improbatur à multis propter empyreuma. }

Rusco, Radix Asparagi & contrà.

Secacul, radix pastinacæ marinæ.

Serpen-

pro

Serpentaria	Jarus Dracunculus.	
Turbith	Thapſiæ radix Turbith Meſuæ Agaricus trochiſcatus Colocynthis minore doſi.	
Zingibere	Coſtus & contrà. Helenium. Pyrethrum.	

Zingibere, Mechin.

Succedanea, quantum fieri poteſt, ſint ſimilia omni ex parte, viribus, genere & ſpecie: ut

Abrotani omnes ſpecies.
Abſinthii.
Aconiti.
Adianthi.
Allii.
Anagallidis.
Anchuſæ.
Anemones.
Anthemidis.
Apii.
Ariſtolochiæ.
Aſparagi.
Betæ.
Bituminis.
Bliti.
Braſsicæ.
Cœpæ.

Calamintha.
Cedri.
Chelidonii.
Chondrille.
Conize.
Costi.
Cyclaminis.
Dauci.
Equiseti.
Hedere, excepta terrestri hederula.
Heliotropii.
Hieracii.
Intybi.
juniperi.
Leucoii.
Lychnidis.
Malvæ.
Marrubii.
Mercurialis.
Myrthi.
Nardi.
Nymphеæ.
Orcheos.
Origani.
Panacis.
Pastinacæ.
Picis.
Piperitis.
Plantaginis.

Polygoni { maris / fœminæ.

Porri.
Ranunculi.
Reſinæ
Rhamni Dioſc.
Roſmarini.
Rubi.
Rumicis.
Rutæ.
Sabinæ.
Seſeli.
Sideritidis.
Symphyti.
Tithymalorum.
Tribuli.
Valerianæ.
Veratri.
Verbaſci.
Vrticæ.

Et deniqve omnes, niſi qvid proditum inhibeat, ut de Clematitide, qvarum altera urere, ventrem laxare, bilem, pituitam trahere ſcribit Dioſc. prior verò alvi profluvia & dyſenterias ſedat. Sic Cucumis agreſtis ſat. Pepo & Colocynthis, ſed hæc paucis evenire ſolent.

De partibus etiam obſervandum: nam aliqvæ facultatibus differunt, ut radix Medii menſes decocta ſiſtit per aliqvot dies ſumta. Semen autem in vino ſumtum menſtrua pellit. Juniperi fructus intrò ſumuntur, ramēta verò occidere produntur. Coriandri herbæ ſuccus interficere creditur, ſemen verò medicatum.

Qva ratione Medicos minimè univerſalibus, ſed potius particularibus uti præſtaret. Nam eorum plerunq;

est maxima differentia, qvæ eadem putantur.

Sume igitur

pro

Adiantho { Salviam vitam / Polytrichum / Adianthum nigrum Plin.

Alsinæ foliis, Helxines folia & contrà.

Amylo, farinam Siliginis siccam.

Apio montano, domesticum siccum in majori (dosi.

Beta alba, nigra.

Betonica, Verbenacam.

Bubonio sive Ingvinaria, s. Astere Attico, Antirrhinum, & contrà.

Buglosso sive Botragine latifolia, Buglossum (angustifoliũ.

Cœpea, Portulacam.

Chamælea, Thymæleam, Chamepitym, Dios. (Laureolam.

Chamæpity { Chamædryn / Eupatorii folia.

Cichorio syl. Dentem Leonis.

Coniza 1, secundam.

Coniza 2, tertiã majori qvantitate & siccatam.

Coriandri foliis, Petroselini hortensis folia, in externis remediis tantùm.

foliis Dauci, Pastinacæ agrestis vel domesticæ folia.

Dictãni prima specie, secũdã & tertiã. Sic de si- (milib.

Dorycnio, Mandragoram & contrà.

Dracuntio, Ari.

Filice fœmina, marem.

Fumaria, Senam.

Halyca, Avenæ ptisanam totam.

foliis

pro foliis Hippolapathi, Lapathi folia.
Hippomarathro altero, Coriandrum vel Petroselinum domesticum.
Hypecoi foliis, folia Papaveris.
Hyperico, Androsæmō, Ascyrū, Schœnáthū.
Hyssopo, Origanum, Sampsuchum.
folio Indo & Malabathro { folia Citri / Canellæ / Malabathri vulgar.
foliis Labruscæ, domesticæ vitis folia minus (cultæ.
Lactuca, Scariolá & cōtrà.
Lathyridis foliis, Tithymali folia.
foliis Lauri, folia Citri.
Lepidio Pauli Aeginetæ { Drabam / Iberida / Nasturtium.
Libanotide sterili, folia Libanotidis coronariæ
Malva arborescente, Altheam,
Malva sylvestri, hortensem.
Melissa { Marrubium & contrà / Corticem Citri.
Mentha, Balsamita.
foliis Myrthi, folia { Pyri syl. / Sumachi / Lentisci / Cotinos / Sorbi / Cydoniorum.

pro foliis Myrthi { baccas Myrthi / Juglandis nuces immaturas

Pro

Myrtho alba, nigram & contrà

Nardo montana, Nardum Gallicam.

Nymphæa alba, luteam & contrà.

foliis Oleastri, Oleæ folia
foliis Oleæ vel Lentisci, folia
Oxyacantha vera, Pyrastrum
{ nucũ iuglãdis / Cupreſsi / Pini vel / Pinastri.

foliis Papaveris albi { Solani / Papaveris nigri / folia Hyoscyami albi.

foliis Pepli, Tithymali folia.

Phylireæ foliis, Oleæ folia & contrà.

Phyllitide { Asplenium / Scolopendrium / Ceterach & contrà.

foliis Piceæ, folia Pini.

Pithyusæ foliis, Tithymali folia.

Polygoni maris foliis, fœminæ folia,

Pulegio regali, Cervinum & contrà.

Portulaca, Vmbilicum Veneris.

Ruta syl. Rutam domesticam siccatam majori qvantitate vel contrà.

foliis Sabinæ, folia Cupressi, juniperi & Caſsiã.

foliis Sambuci, Ebuli & contrà.

Sangvinalis fœminæ foliis, folia maris & cõtrà

Sempervivo majore, parvum Vmbilicum Veneris & contrà.

Seride, Chondrillam.

Seridis foliis, Lactucæ folia.

Smyrnio, Apium aut Petroselinum.

Solano hortensi, Halicacabum.

Soncho lævi, Sonchum asperam & contrà.

pro | Sorbi foliis, Meſpili folia & contrà.
Spicâ Indicâ, Syriaca, Valeriana.
Spica Lavendula, Lavendulæ ſpecies hortẽſes
Stœbe Dioſc. Stœbẽ Herbar. jaceã, Scabioſam, Paſtoriã burſam, Bellides & Gnaphalia,
Symphyti petræi foliis, alterius folia.
Telephio, Portulacam.
foliis Terebinthi, Lentiſci folia.
Thlaspi, Naſturtium.
Thymbra, Thymum vel Serpillum.
Thymo { Saturejam
Origanum.
Vnius ſpeciei Tithymalli foliis, folia aliorum in laxando.
Tragorigano, Origanum & contrà.
foliis Tribuli terreſtris in refrigerando, folia aqvatici, non in humectando.
Verbaſci unius foliis, aliorum folia.
Vite alba, nigram & contra.
Viticis foliis & ſemine, Rutæ folia & ſemen.

DE SEMINIBuS.

pro {
Aſari, Geniſtæ.
Carthami { Vrticæ
Agaricus non trochiſcatus.
Mandragoræ, Cicutæ.
Myrthi, Berberis & contrà.
Napi, Rapi.

DE SUCCIS.

pro { ſucco Abſinthii { ſucco Abrotani, Eupat. vel Cẽtaurei minor. utriusq; vel Agerati.
Pontici, noſtratis Rom. In externis re- med. Sãctonicũ & Marinũ; vel ablutũ leviter in internis concedatur. Aca-

Acaciæ ſucco, ſuccus Prunellorum, proba-
tur & Rhois Dioſc.
Aqva fluvial. potius qvàm fontana contr-
qvàm Galenus præcipit in Diacodio
qvia compoſita eſt partim ex pluvia, pa-
tim ex fontibus.
Aqva fontana, fluviatilis.
Citri ſucco, Limonum.
Cyclaminis, Iridis.
Glycyrrhizæ ſucco, infuſum & decoctū ejuſ-
dem: vel ſuccus uvarum Paſſular. vel vi-
num coctum ſive Sapa.
Licio, Gentianæ ſuccus in ulceribus.
Lycio, Amurca.
Omphacii, Rhois & contrà.
Opio, Meconium, vel ſuccus Lactucæ ſyl. vel
domeſti. qvantitate majori.
Opobalſamo, Stacte j. Styrax liqvida nō adul-
terata, vel Ol. Myrrhæ. In ſuffuſionibus
ad digerendum, Ol. Spicæ Lavendulæ,
qvod æqvè tenuium eſt partium.
Thymelææ ſucco, Chamelææ ſuccus.

DE LIQVORIBUS ET LACHRYMIS.

Abietina, reſina Pini.
Aſpaltho, Petroleum vel Gagates & cōtrà. Et
Carbones petræi è terræ viſcerib. qvi-
bus fabri ferrarii utuntur.
Cedria, Ol. è ramentis juniperi paratum per
deſcenſum, vel gummi juniperi.
Cupreſsina, Laricina.
Lacca, Myrrha. (Thuris.
Manna Thuris, cortex cui adhæret aliqvid
Maſti-

Mastiche, Abietina resina, indurata aut frixa
Mumia, Pissaphaltum. (ut Diosc.
Myrrha, Bdellium vel succus Smyrnii vel Apii.
Oleæ lachryma, gummi Elemi.
Opobalsamo, Stacte s. Myrrha liqvida natura vel arte parata, Liqvor Terebinthi. Nã Opocarpatũ nõ Ol. Laurinũ, nõ liqvor Myrthi, nõ sem. Myrthi & Zedoariæ, ut pceptores nostri statuerũt, p Carpobalsamo, sem. Lẽtisci vel Terebinthi, cujus multæ sunt species. Cubebæ in minori dosi, vel Terebint. part. 2. Cubebar. una.
Opopanace, Am̃oniacũ, vel Galbanũ, vel Bdellũ, maximè cũ emollire volumus Gal. usus p-
Pice, Resina Pini cocta. (poli in externis.
Pice liqvida, Pix oleo dissoluta, vel Pix ex oleo juniperi liqvefacta.
Pissaphalto, pix & bitumen.
Styrace, Benzoinum.
Terebinthina, Mastiche.
Xylobalsamo, surculi Lentisci.

DE MINERALIBUS.

Antimonio, plumbũ ustũ & contrà. Avicen.
Cadmia, Lap. Calaminarus (& Stannũ ustũ.
Flore Aeris, Aerugo.
Lithargyrio, plumbum ustum, Molybdæna.
pro Plumbo, Stannum.
Pompholyge, Spodium Diosc.
Sandaraca Græcor. Auripigmẽtum & contrà.
Spodio, Antispodiũ ex Myrtho, Lẽtisco, Olea, Oleastro, malo Cydonia, vel cornu Cervi ustũ

FINIS

SOLI DEO LAUS ET GLORIA.

INDEX OMNIUM EORUM QVAE HOCCE THESAURO comprehenduntur.

B

Apo

Repels

Lac

L

Me-

N

O

Olea

Sul-

INDEX.

V

Tol-

FINIS.

Errata graviora sic reponito.

Pagina 108. linea 9. lege Tithymali. pag. 194. l. 14. ustum p. 194. l. 14. afficiat. ibidem l. 21. Cicuta 215. 13. Secacul seu Siser. 223. 24. fit. 264. 1. Spongiæ lapides. 269. 22. Conditi. 321. 2. Cardamomi. 323. 8. exçorticat. 333. 20. [Cord. ana ℥. x.] 343. linea penult. roborat. 399. linea ultima abundat. 409. 28. Digerentia 424. 24. Zedoariæ. 416. 13. perfrictioni 428. 8. ℥. iij. 433. l. 31. Ambrosius 448. obducantur. 491. 18. natura. 496. 25. Croci ℈. j. ß. [Cord. ʒ. j. ß.] 510. 2. Aristolochiæ. 518. 18. Collyriis. 533. 2. pulverum. ibidem 20. Hedychroi. 543. 25. fronti. 569. 5. Asari. 577. 22. post purgationem. 586. 16. conservas. 595. 28. recentes. 622. 13. aceto 647. 23. Calaminaris.